



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Disputatio I. de Beneficiorum Ecclesiasticorum natura, conditionibus, &
effectibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

TRACTATUS XIII. DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

AD Religionem pertinet de beneficiis tractare. Tum quia sunt annexa spirituali officio, & ministerio. Tum quia sunt stipendia & merces in ministrorum Ecclesie sustentationem designata. Huiusmodi tractatus sex disputationes continebit. Prima erit de beneficiorum natura, de qualitatibus, & effectibus. Secunda de iis, qui beneficia providere possunt. Tertia de forma servanda in illorum provisione. Quarta de iis, quibus beneficia sunt conferenda. Quinta de beneficiorum utilitatibus, & oneribus. Sexta de beneficiorum vacatione, & extinctione.

DISPUTATIO I.

De beneficiorum Ecclesiasticorum natura, conditionibus, & effectibus.

PUNCTUM I.

Quid sit beneficium Ecclesiasticum.

- 1 Expenditur eius definitio.
- 2 Explicatur, qua ratione sit ius spirituale.
- 3 Qua ad beneficium requirantur.
- 4 Ius competens ratione beneficii sitis perpetuum. Proponitur ratio dubitandi.
- 5 Resolvitur debere esse perpetuum, prout est ab Ecclesia beneficium institutum.
- 6 Spectato iure canonico sub nomine beneficii solum comprehenditur perpetuum.
- 7 Satisfit rationi dubitandi, num. 4. postea.

Sin omnis etymologiam accipias, beneficium est gratia collata in eius utilitatem, sic Rebuff. in *praxi*, tit. 1. quid sit beneficium, n. 2. & 3. Azor. 2. part. *instit. moral. lib. 3. cap. 1. quæst. 1.* Sed hæc est nimis lata acceptio, & communis cuiuslibet mercedi seculari ad principibus secularibus factæ. Quapropter in præfenti non de hac lata beneficii acceptione, sed de beneficii Ecclesiastici natura agendum est. Varias definitiones beneficium Ecclesiasticum Doctores assignant, ut videri potest in Ioanne de Selua *tractat. de beneficiis. par. quæstion. 1.* ea tamen mihi magis probatur, quæ affirmat beneficium Ecclesiasticum esse ius spirituale percipiendi fructus ex bonis Ecclesie: sic tradit Azor. 2. part. *instit. moral. lib. 3. cap. 1. quæstion. 2.* Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 1. num. 1.* Tolet. *lib. 5. summ. cap. 76.* Gonzalez *super reg. 3. cancell. gloss. 5. in prin.* Nicol. Garc. *tractat. de benefic. 1. part. c. 2. n. 2.* Valquez *in opus. c. 1. de benefic. dub. ult. m. 6.* & alij.

2 Dicitur esse ius, quia beneficiatus ratione beneficii sibi collati potestatem habet percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis. Est tamen hoc ius spirituale, non in se formaliter, sed in radice, quia ex radice spirituali nascitur, qualis est officium, & ministerium spirituale, dicendi horas canonicas, predicandi verbum Dei, vel ministrandi sacramenta: cui officio, & ministerio percipiendi fructus, quod beneficium vocatur, annexum est: Quocirca, ut bene notavit Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 1. num. 1. & 2.* in beneficio tria repeririunt. Primum est officium, & spirituale ministerium, seu obligatio ad illud, quod non est beneficium, sed illius fundamentum, & causa: estque tale ius omnino spirituale. Secundum est percipiendi redditus, & proventus ob tale officium, & hoc ius est propriè beneficium, quod in se spirituale non est, sed spirituali annexum. Tertium

est fructus, & proventus ex bonis percepti, qui temporales sunt.

3 Ex huiusmodi definitione manifestè constat ad beneficium requiri, primo, ut autoritate Episcopi erectum sit. Tum quia nullus privatus potestatem habet annexendi ius percipiendi fructus, officio spirituali. Tum quia nullus alius habet potestatem faciendi fructus: iuxta text. *in cap. ad hæc de religio. sita domibus.* Secundo requiritur, ut connexionem habeat cum spirituali munere, & officio: si quidem ob illud datur, *cap. fin. de Rescript. in 6.* Tertio, ut conferendum sit clerico, non laico: *cap. cum adeo, de Rescript. cap. ex literis, d. Transactio. cap. in Ecclesia, de Constitutionibus;* quia iuris spiritualis laici capere non sunt. Quarto, ut ab Ecclesiastica persona, & non à laico confertur debeat. *cap. Messana, de electione, cap. si quis deinceps, cap. nullus laicorum: cap. per laicos 16. quæst. 7.* Quinto, ut pure, & absque pacto, & conditione aliqua extinctiva conferatur: *cap. si quis obierit, c. 1. quæst. 3. cap. quam piro, quæst. 1. cap. ult. de Palla. cap. 2. de electione:* omnia enim spiritualia ab iis pactis, & conditionibus immunia esse debent, sic plurius relatis, Barbola 3. part. *de potest. Episcop. alleg. 57. n. 14.*

4 Solum est difficultas; an hoc ius spirituale percipiendi fructus, quodque beneficium constitui, debeat esse perpetuum, an sufficiat esse temporale.

Ratio difficultatis est quia ob solam perpetuitatem distinguitur beneficium à pensione Ecclesiastica: nam Ecclesiastica pensio ius est spirituale percipiendi fructus ex alieno beneficio; at quia non est ius perpetuum, sed cum viâ pensionis finitur; ea cetera causa beneficium non est. Item vicarius Episcopi & parochi ius habet percipiendi fructus ex bonis Ecclesie durante vicariatu: at quia non est ius perpetuum, beneficiatus non est. Ergo de ratione beneficii est esse ius perpetuum. E contra vero beneficia regularia, & manualia, quæ ad nutum sunt amovibilia, beneficia nuncupantur. Ergo de ratione beneficii non est ius perpetuum.

5 Dicendum est de ratione beneficii ab Ecclesia de facto instituti, esse ius perpetuum percipiendi fructus: colligitur ex c. *sanctorum, 70. dist. c. penult. de clerico agrotante, cap. si gratiosè de rescript. in 6.* & tradunt omnes Doctores variè tam in explicando, quæ perpetuitas sufficiat ad beneficium. Sed respondeo sufficere perpetuitatem in ipso beneficio, tamen si non sit in beneficiario: si enim Prælati auctoritate erectum sit, & institutum, ius aliquod spirituale perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesie, beneficium erit, esto illud habens non perpetuo habeat, sed pro voluntate superioris. Nam hæc dependentia à voluntate superioris, non mutat ius spirituale percipiendi fructus, cum ob officium spirituale detur. Ergo neque beneficii naturam. Item ex remotione talis beneficii à beneficiario non perit beneficium, sed vacat. Ergo beneficium de se perpetuum est. Ergo hæc perpetuitas sufficit. Adde quoties alicui beneficium confertur absque temporis limitatione, in perpetuum confertur ex se, si quidem in perpetuum durare potest, cui perpetuitati non obest superioris auctoritas auferendi cum maleuit ut probat text. *cum glossa in c. clericus, de cohabit. cleric. verbo perpetuum. & leg. iuris scripti ff. de excusat. tutor. & leg. sufficit. de condit. indeb. & tradit Nicol. Garc.*

N

Garc.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 11.

Garc. tr. de benefic. 1. p. cap. 2. num. 79. Perez de Lara de capel. lib. 2. c. 1. à n. 7. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 1. n. 3. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 3. cap. 26. quæst. 12. Ergo ad rationem beneficii non requiritur, ut beneficiarius perpetuus, & irrevocabiliter illud habere debeat, sufficit si ipsum beneficium de se ita perpetuum sit, ut sublatum ab uno alteri fit conferendum.

Dixi de ratione beneficii ab Ecclesia instituti esse ius perpetuum: quia existimo posse Ecclesiam instituere beneficia pro aliquo tempore determinato, & sic instituta veram habere rationem beneficii: quia saltem pro illo tempore esset ius spirituale percipiendi fructus: sic tradit Vasquez *opus. de benefic. c. 4. dub. 3.*

6 Verum etsi hoc in rigore ita sit: at in iure canonico, & ex communioneceptione beneficii solum venit intelligendum beneficium: quod & in se perpetuum est, & etiam in beneficio perpetuatur, est enim quasi matrimonium celebratum inter beneficiarium, & Ecclesiam, quam sibi ut sponsam accipit, eaque de causa perpetuitatem requirit: sic aliis relatis docet Sanchez lib. 7. in Decal. cap. 29. num. 106. probatque text. in c. Sanctorum 70. dist. dicto c. si gratiosè de rescript. in 6. Hac enim ratione hæc beneficia ad nutum amovibilia, quæque in titulum perpetuum non conceduntur sub regula Cancellarie de reservatione non cadunt, ut multis probat Calderin. consil. 26. num. unico, de prebendis. Staphileus de liter. gratia. tract. de formis expectatis in nova forma. n. 29. Gonzal. suprad. glossa 5. per sequentes paragraphos. Item neque sufficiunt pro titulo ad ordines recipiendos: ut probat Garc. tr. de benefic. 1. part. cap. 2. num. 90. & seqq. cum tamen ex Concilio Trid. beneficium sit sufficiens titulus ad ordines. Item secularis imperans beneficium à Pontifice non potest virtute huius gratiæ importare beneficium manuale: quamvis id sæculare sit, quia non est propriè beneficium, Staphil. *suprà*, quem refert, & sequitur Sanchez in Decal. ap. 29. num. 106.

7 Et ex his soluitur ratio dubitandi. Concedo enim pensionem beneficium propriè non esse, qualiter de facto ab Ecclesia nomen beneficii usurpatur, quia non est ius perpetuum percipiendi fructus, sed cum pensionario extinguitur; & ita tradit Gonzalez ad reg. cancell. gloss. 5. §. 5. Flamin. de rescript. lib. 1. quæst. 10. num. 69. & lib. 2. quæst. 13. à num. 11. & lib. 11. q. 4. num. 12. Azor. 2. part. lib. 3. cap. 5. quæst. 2. & lib. 8. cap. 5. q. 4. & 5. Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. num. 3. Suar. de relig. 1. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 26. & cap. 25. num. 1. & 2. Idem quod dictum est de pensione, dicendum est de beneficiis manualibus ob contrariam rationem, deficere quidem à ratione beneficii communiter accepti, quia in beneficio non perpetuantur, tamen si in se perpetua sint: sic Nauar. cons. 9. de officio ordinar. & cons. 27. de prebendis. Gonzales ad reg. 8. cancell. gloss. 5. §. 6. n. 21. Petr. Gregor. de benefic. c. 1. num. 12. Ludovic. Gomez. de expectatiis. num. 94. Staphileus de liter. gratia 9. forma expectatiarum. num. 29. & alij Vicaria Episcopi, aut Parochi aliis rationibus à beneficio excluditur, & quia de se perpetua non est, & quia non confertur institutione, ut est ab omnibus receptum.

PUNCTUM II.

Quotuplex beneficium sit.

- 1 Multiplex est.
- 2 Aliud sæculare, aliud regulare, & quæ hæc sunt.
- 3 Aliud duplex, aliud simplex, & quolibet illorum explicatur.
- 4 Item est manuale, & non manuale.
- 5 Item est electivum, & collativum, seu mixtum.
- 6 An sub nomine beneficii in privilegiis, facultatibus, & dispensationibus supradicta omnia comprehendantur.
- 7 Sub nomine beneficii omnia comprehenduntur, exceptis manualibus.
- 8 In facultate conferendi omnia beneficia tam simplicia, quam duplicia continentur.
- 9 Excipiuntur beneficia collativa.
- 10 Quæ comprehenduntur sub mandato de providendo, & sub dispensatione.

1 Numerabo præcipuas beneficii divisiones, alias remitto videndas in Ioanne Selua tr. de benefic. part. 1. q. 2. Rebuff. in praxi. tit. quotuplex sit benefic. Azor. 2. part. lib. 3. cap. 1. quæst. 4. Petr. Gregor. de benefic. cap. 10. & aliis referendis.

2 Primò beneficii divisio est in sæculare, & regulare. Colligitur hæc divisio ex cap. 1. sessio. 10. de reb. Eccles. non alien. & ex cap. cum de benefic. cap. cum singula. de prebendis. in 6. Regulare beneficium illud dicitur, quod Religiosis tantum conferendum est, quale est Abbatia, Prioratus, Canonicatus regularis, & alique parochiæ. Sæculare est, quod per sæculares regitur, & administratur: sic aliis relatis docent Azor. *suprà*, quæst. 4. & lib. 4. cap. 26. q. 1. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 2. Garcia tractat. de

benefic. 1. part. cap. 6. num. 12. Ut autem aliquod beneficium regulare dicatur, non sufficit, quod ad Regulares eius collatio, aut præfatio pertineat, neque quod ipsi Religiosi vitium sit: cum hæc omnia sæculari beneficio competere possint, sed necessariò requiritur, quod per Regulares administratur: sic aliis relatis docet Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glossa 8. num. 38. Sanch. lib. 7. sum. cap. 29. num. 13. Dupliciter beneficium regulare constituitur. Primò ex fundatione, ut si fundatur beneficij statuat esse per Regulares administrandum: cui fundatori Episcopus consentire debet. Secundo fit regulare, si tempore quadrageni pacificè, & continuo per regulares administratus quia præscriptio obtinetur hæc qualitas, tamen si antea à secularibus fuerit administratum; ut expressè deciditur cap. cum de beneficio, de prebendis, in 6. Quoties autem non constat beneficium regulare esse, semper seculare præsumitur. Tum quia Ecclesiæ favorabilis est; si quidem in illorum regimine, & administratione liberius procedit, Tum quia cathedram, & omnium beneficiorum radicem, nempe Pontificatum imitatur, qui beneficium sæculare est, sic multis relatis tradit Malcard. de probation. concl. 172. Thoni. Sanch. lib. 7. cap. 29. num. 23. Garcia de benefic. 1. part. 6. num. 12. & 7. part. cap. 11. in prin. Tufchus concl. 54. lit. B. numer. 4. Gonzalez *suprà* reg. 8. Cancell. glossa 7. num. 1. Barbosa de potest. Episc. 3. part. alleg. 87. num. 167. possessio autem ad iudicanda est secundum vitium statum, in quo beneficium vacavit: nam si vacavit per obitum persone regularis, regulare est censendum, è contra sæculare, si per obitum sæcularis: sic Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 18. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. num. 23. Barbosa *dicta* alleg. 57. num. 168. Garcia 7. part. capite 10. num. 34. Et ratio est, quia per statum præcedentem est beneficium in possessione constitutum. Ergo absque manifesta ratione ab illa remoueri non potest.

3 Secundo dividitur beneficium tam sæculare, quam regulare in duplex, & simplex. Duplex beneficium est, quod est qualitate aliqua iuris affectum, nempe iurisdictionem aliqua in Clerum, vel administrationem rerum Ecclesiasticarum, vel locali aliqua præminentiam. Ex quo fit duplex esse genus beneficiorum duplicium. Primum est beneficium curam animarum habens, quod si absque vlla iurisdictione fore externi, & iudicialis sit, qualia sunt omnia parochialia beneficia, quorum beneficiarius solum habet in foro externo potestatem, & iurisdictionem suis parochianis administrandi sacramenta. Dicitur beneficium curatum, si tamen ad iudicium habeat fore externi iurisdictionem, tamen si caret iurisdictione pro foro interno, & penitentiali, vocatur tale beneficium dignitas. At si omni iurisdictione caret, habet tamen rerum Ecclesiasticarum administrationem, tale beneficium officium nuncupatur; quod si nullam iurisdictionem, neque administrationem habet: obtinet tamen in conuento clericorum sedem eminentiorem, dicitur personatus. Quoties beneficia duplicia sunt quatuor, dignitas, officium, personatus, & simplex curatum. Reliqua autem beneficia aliquam ex his qualitatibus non habentia, simplicia dicuntur, quales sunt omnes canonicatus Ecclesiæ cathedralis, & collegiæ, nullam aliam qualitatem habentes, præter chori assistentiam, & altaris seruitium: in casu autem dubio beneficium non præsumitur duplex, sed simplex, quia qualitas non præsumitur nisi probetur: & tradit Cardinal. Tufc. lit. B. concl. 63. num. 4. Garcia de beneficiis. p. c. 6. num. 8.

4 Tertio dicitur beneficium in manuale, & non manuale. Manuale dicitur, quod pro voluntate conferentis tolli potest ex aliis causis quam à iure permissis. E contra non manuale est, quod semel collatum tolli non potest, nisi ex causis à iure concessis: sic glossa in Clem. etsi principalis, verbo electio. de rescriptis. & Clem. quia regulares, de suspendenda negligent. prelat. sic Azor. 2. part. instit. moral. lib. 3. cap. 1. q. 4. §. quarto. In casu dubij beneficium præsumendum est perpetuum, & non temporale, quia perpetuas qualitas est beneficii propria.

5 Quarto dividitur beneficium in electivum, & collativum, seu mixtum. Electivum est, quod ab aliquibus eligitur à superiore conferendum. Collativum est, quod nulla indiget electione, sed pro voluntate superiorum conferitur: mixtum quod nominante, seu designante patrono superiorem confert: sic aliis relatis docet Azor. *suprà*, q. 4. vers. sexto. Garcia de benefic. 1. part. cap. 6. num. 14. Quando autem aliqui ita eligent, ut eorum electio esset simul beneficii collatio, tale beneficium potius dicitur collativum, quam electivum, sic relatis Cardinal. Erasco, Felino, & aliis docet Garcia, de benefic. prima parte. capite sexto, num. 23. Nunquam tamen in dubio est præsumendum electivum, aut mixtum. Tum quia non est qualitas beneficii propria, sed extrinseca, & accidentalis. Tum quia provisioni liberæ Episcoporum præiudicat.

Sed inquires, an sub nomine beneficii absolute sumpti in privilegiis, facultatibus & dispensationibus omnia beneficia tam simplicia, quam duplicia; tam regularia, quam sæcularia; tam manualia, quam non manualia; tam collativa, quam electiva comprehendantur?

7 Dicendum

7 Dicendum est primo, beneficium in sua propria significatione omnia supradicta beneficia, quae proprie beneficia sunt, comprehendere, atque adco (exceptis manualibus, quae proprie beneficia non sunt) comprehendit tam secularia quam regularia, tam simplicia, quam curata, quia non est specialis ratio, quare magis vnum, quam aliud comprehendat & nomen absolute prolatum supponit pro illis, quibus ratio significata per nomen proprie convenit: cum autem omnibus supradictis ratio beneficij proprie competat; efficitur sub nomine beneficij omnia supradicta comprehendere, & ita tenet glossa in c. si gratioso, verbo beneficia, de re scriptis, c. 1. verbo beneficia, de rerum permutat. in 6. Abbas in cap. postulasi, de re script. n. 2. Felin. n. 4. Decius n. 12. Selua. 1. p. de benefice. q. 3. Garcia alios referens, 1. p. de benefice. cap. 6. n. 37. Tuschus lib. B. concl. 59.

8 Dico secundo. In facultate, & privilegio alicui concessio confertur beneficia, omnia beneficia tam simplicia, quam duplicia comprehenduntur quia haec facultas est fauoris, & gratia principis, neque communi derogans iuri. Ergo est late interpretanda, Ergo comprehendit omnia beneficia, nisi ex subiecta materia aliud colligatur: sic tradunt Azor. 2. part. insinuat. moral. lib. 3. cap. 4. qu. 7. c. 7. Tuschus lib. B. concl. 59. Gonzalez super reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 2. Garcia 1. part. de benefice. a. num. 40. Quod si dicas huiusmodi facultatem a Pontifice concessam cadere in prauidicium ordinarij, penes quem stat potestas beneficia conferendi. Ergo est stricte interpretanda, ut solum beneficia simplicia comprehendat, & non curata, neque dignitates. Facile responderetur, negando fieri ordinarij prauidicium; si quidem ei non tollitur ex supradicta potestate ius aliquod conferendi, sed renatur in illo. Ex quo iuuamine, & potestate dici non potest ordinarij pati in sua potestate prauidicium: sicut non pariturus parochi prauidicium, ex eo quod religiosus facultas abluendi a peccatis concedatur, ipsosque parochos adiuent in ministerio, quod ipsi praestare tenentur.

9 Solum ab hac regula excipi debent beneficia electiua, quae esto sub nomine beneficij late sumpti propriissime comprehenduntur tamen ob quae iratem illam electionis, qua affecta sunt, non comprehenduntur. Neque enim praesumi potest Pontificem velle beneficiorum qualitates mutare; mutaret autem in beneficiis electiuis, si independenter ab electione provisionem concederet. Ergo non est credendum sub facultate generali prouidendi de beneficiis beneficia electiua comprehendere, & ita tenet Gomezus in reg. de annali. q. 11. Paris. cons. 31. part. 4. n. 21. Gonzalez glossa 19. super reg. 8. Cancell. & probat textus elem. de praebendis, in fine, ibi nullam de electione fecerimus mentionem, & cap. cum in illis de praebendis, in 6.

10 Dico tertio. In facultate alicui concessa, ut prouideatur de primo beneficio vacaturo, non comprehenditur curatum, neque dignitas, neque canonicatus Ecclesiae cathedralis, sed solum aliud beneficium simplex: Nam esto in proprietate sermonis omnia illa beneficia comprehendantur: at iuxta styllum, & consuetudinem restringitur, quoad fieri potest, ex voluntate concedentis concessio, ne ambitionem foueat, sic, aliis relatis, docet Garcia 1. p. de benefice. cap. 6. n. 49.

Ex quo a fortiori constat in dispensatione ad beneficium facta illegitimo, vel alias irregulari strictam interpretationem faciendam esse, ita ut solum intelligatur concessum illi minimum, quod fieri potest, ut latius loquentes de dispensatione diximus, quia dispensatio est iuris communis violatio, sic Garcia supra.

PUNCTVM III.

Quae sint condiciones, & qualitates beneficiorum regularium, & saecularium.

Præcipua conditio, & qualitas beneficij regularis est, ut solis regularibus: & beneficij saecularis, ut solis saecularibus concedatur; & aliter facta electio nulla est, ut colligitur ex cap. cum de beneficiis de praebendis, in 6. Quocirca saecularis imperatoris beneficium regulare, & irregulari imperatoris saeculare beneficium, non expressa qualitate beneficij, & persona imperatoris, nulla est talis imperatoris, sic aliis relatis docent Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. n. 4. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. num. 83. Neque ab hac nullitate excusatur, tamen in concessione apponatur clausula motu proprio: quia haec clausula supplet suspensionem ex causis extrinsecis, non autem eam quae prouenit ex personae inhabilitate, & ex intrinseca qualitate beneficij, sic, aliis relatis, docet Sanch. supra.

§. I.

Quando beneficium regulare dari possit saecularibus, & saeculare regularibus.

- 1 Saeculares incapaces sunt beneficij regularis.
- 2 Saecularibus conferri possunt regularia beneficia, quae administrationem non habent, si acceptando beneficium, habitent in Castro Sum, Mor. Pars II.

rum illius regionis suscipiant, sequo obligent professionem emittere.

- 3 Regulare beneficium dandum non est saecularibus, neque religiosi alterius ordinis.
- 4 Si beneficium administratur per religiosos vnus contentus, non potest alio concedi.
- 5 Beneficia saecularia simplicia nequaquam possunt regulari conferri.
- 6 Ad dignitatem Episcopalem regularis promoueri potest.
- 7 Verus est sub nomine dignitatis Episcopalis non comprehendit quamlibet praetoriam habentem curam animarum.
- 8 Neque etiam existimo comprehendit praefecturam Ecclesiae collegialis.
- 9 Religiosi mendicantes non possunt ab huius expressa dispensatione Pontificis ad Ecclesias cathedralibus in seriores promoueri.
- 10 Nullus regularis assumi potest ad beneficium curatum, etiam ad tempus, speciato iure nouo.
- 11 Limitatur in casu necessitatis.
- 12 Iure antiquo regularis eligi poterat beneficium curatum.
- 13 An dispensatio Episcopi ad hanc electionem requiratur. Proponitur affirmatiua pars.
- 14 Probabilis est nullam Episcopi dispensationem requiri.
- 15 Est tamen necessaria praetoriam propriam dispensatio.
- 16 Non solum ad praetoriam, sed etiam ad quodcumque beneficium hac licentia requiritur.
- 17 Quid ad acceptationem summi Pontificatus?
- 18 Non valet licentia data antecedenter ad electionem, sub conditione, si eligatur.
- 19 A quo Praetoriam hac licentia concedenda.
- 20 Quid faciendum, si Praetoriam nolit praetoriam licentiam concedere? Et quando conuincatur iniuste denegare.
- 21 Quis superior compellere poterit Praetoriam denegantem iniuste?

1 Respondeo, saeculares incapaces esse beneficij regularis, iure antiquo ipso iure, ex text. in cap. cum beneficio, de praebendis, in 6. & tradunt omnes, neque Episcopus potest hac in parte dispensare.

2 At attento decreto Trident. sess. 14. cap. 10. de reformat. saecularibus conferri possunt regularia beneficia, quae administrationem non habent, dummodo acceptando beneficium habitum illius religionis suscipiant, sequo obligent professionem emittere. Sic Trident. supra tradit Gonzalez glossa 8. num. 78. Garcia de benefice 7. part. cap. 10. n. 10. c. 7. seqq. Existimo debere statim ac accipiunt beneficium habitum religionis suscipere, & post annum a susceptione habitus professionem emittere: quia Trident. sub hac obligatione beneficium regulare saecularibus concedit. Ergo debent suscipientes beneficium huic obligationi cum primum possint satisfacere, & indicat Sanch. lib. 7. in decal. 4. fine.

3 Amplia, regulare beneficium dandum non esse saecularibus, sed neque religiosi alterius ordinis ab eo, cuius est beneficium, ut expressè notatur in supra. cap. 10. sess. 14. Trident. & tradit Gonzalez glossa 8. n. 8. c. 7. & specialiter 96. c. 7. Garcia 7. part. de benefice. cap. 10. n. 8. Rebuff. praxi benefic. tit. de dispensat. cum regularibus n. 2. Nauarr. cons. 4. de regularibus n. 23. Man. qq. regul. tom. 1. qu. 34. art. 8. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 29. Et ratio decisionis est; quia non decet beneficium vnus ordinis per religiosos alterius ordinis gubernari.

Adde, si beneficium regulare solum sit administrari per religiosos alterius contentus, non potest alio religiosi, tamen eiusdem ordinis sint, conferri, quia religiosi illius contentus nequeunt iure habito ad beneficium priuari: habetur in c. cum singula. 32. §. prohibemus de praebendis, in 6. elem. de supplenda negligent. Praetoriam, & testatur Gonzalez super reg. Cancell. gl. 8. num. 108. esse omnium. Ex quo sit esse validum, & firmum statutum, laudabilemque consuetudinem, ne aliis religiosi ad residentibus in tali conuentu beneficia illius contentus conferantur: fauet enim dispositioni iuris tale statutum, & conseruando, praeterquam quod in cap. cum dilectus, verbo constitutum, de consuetud. approbatur, & tradunt ibi glossa, & doctores.

5 Quoad beneficia vero saecularia, an regulari conferri possint? Primo certum est, beneficia saecularia simplicia nequaquam posse regulari conferri, nullamque esse talem collationem, colligitur ex c. cum de beneficio, de praebendis, in 6. vbi beneficium regulare Clerico saeculari, & saeculare regulari conferri non posse statuitur. Item in c. quod Dei timorem, de statu monach. in fauorem animarum excipitur beneficium curatum: ut possit regulari conferri. Ergo tacite insinuat ad beneficium simpliciter omnino esse saeculare exclusum, sumiturque ex cap. Monachi, de statu regulari: vbi dicitur ne monachi in villis, & oppidis in Ecclesiis soli contiguantur: nisi autem illis conferri possint beneficia, possent soli, & sine focis habitare. Item

LIBRARIUM

in cap. super eo, de regularib. dicitur, neque amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi, ne contra votum, quod Domino fecerunt, venite probentur: sic Nauar. consil. 11. de statu Monach. Garcia, plures referens, 7. par. de benefic. cap. 10. num. 28. Couar. cap. 2. num. 3. de testament. Saar. tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 19. num. 26. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 19. quast. 3. et 2. tom. lib. 6. cap. 4. q. 22. Hoieda de benefic. 1. part. quast. vlt. num. 69. & plures referens Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. num. 75. Lessius lib. 2. de instit. c. 41. dub. 12. fine. Neque Episcopus potest in hoc casu dispensare; quia nullibi inuenitur ei talis facultas concessa, vt pluribus firmat Sanch. n. 76.

6 Secundò est certum, ad dignitatem Episcopalem promoueri posse regularem, & quorundam, c. si religiosus, c. nullus religionis, de electione in 6. clem. 1. de electione, in fi. leg. 23. ante med. tit. 5. p. 1. & tradunt omnes. Nominè autem dignitatis Episcopalis communitè comprehenditur quælibet prælatura curam animarum habens, ad quam regularis absque vlla dispensatione eligi potest; quia procedit in his eadem ratio, ac in Episcopatu, & tradit glossa in supra d. clem. & ibi Imola numer. 4. et 41. & Ioann. Andr. cap. si religiosus, statim. in princ. de elect. in 6. & ibi Francus n. 1. notab. 2. Dominic. num. 6. Ancharan. n. 2. Abbas in c. quod Dei timorem, n. 5. et 6. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 33. Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 7. n. 61. Gregor. Lopez, leg. 26. tit. 7. part. 1.

7 Contrarium sentiunt plures Doctores, prout refert Rannotit. in cap. quod Dei timorem, de statu regular. & Quincilian. Mandos. de signatura gratia, tit. dispensatio pro obtinendis beneficiis. Et mihi verius apparet; quia in Episcopatu est specialis ratio, tum propter eius dignitatem, ob quam dicitur Episcopus religiosior monacho, vt tradit glossa cap. nullus religiosus, de elect. in 6. & colligitur ex cap. ex multa, de voto. Tum quia Episcopatus à beneficio regulari, & seculari abstrahitur, & de causa in clem. 1. de electione dicitur: per hoc autem non intendimus prohibere, quin religiosus in Episcopum secularis, vel cuiuslibet regularis Ecclesiæ licite possit eligi. Ergo tacite insinuat respectu prælaturæ secularis, quæ Episcopatus non sit, prohibitionem integram manere, & ita defendit Suar. tom. 4. de relig. lib. 3. c. 19. fine n. 27.

8 Rursus dubium est de præfectura Ecclesiæ collegialis, quæ propriè curam animarum non habet, quia necque habet in foro interno, neque externo iurisdictionem, sed solum habet œconomiam gubernationem, scilicet conuocare collegium, & simul cum illo de rebus ad collegium pertinentibus disponere, ad sine dispensatione possit ad illum secularis eligi? Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. numer. 71. et 73. doctores pro vtraque parte adducit, & vtramque sententiam reputat probabilem, sed probabiliorè quæ affirmat, quia eligitur ad curam eorum, qui sunt in collegio, & de causa potest sicut ad Episcopatum eligi sine dispensatione. Mihi tamen negatiua magis probatur: neque enim dicenda est prælatura, vel dignitas, cum iurisdictione prorsus careat. Ergo concessio facta pro dignitate Episcopali, ad hanc præfecturam œconomicam extendenda non est.

9 Vnum tamen est omnino indubitatum, religiosos mendicantes non posse absque expressa dispensatione Pontificis ad Ecclesias cathedralibus inferiores promoueri: vt expressè habetur in extraneis, dispensatis, de postulat. Prælatorum, & aliis relatis docuit Sanch. dist. n. 73.

10 Quapropter solum de beneficiis curatis iurisdictione contentibus est difficultas, an religiosis concedi possint? Et quæstio procedere potest tum ex iure antiquo; tum ex nouo. Et quidem stante iure nouo Trident. nullus regularis assumi potest ad beneficium curatum etiam ad tempus. Quia ita congregatio Concilij testatur declarasse Greg. XIII. his verbis. Sanctissimus Dominus noster Greg. XIII. noluit licere canonicis regularibus congregationis Lateranensis, etiam de licentia sui generalis absque permissu summi Pontificis, assumere curam animarum etiam ad tempus, multo minus beneficium curatum: sic refert Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. n. 53. Pafecus in praxi episcop. 1. part. c. 5. n. 23. Garcia da benefic. 7. part. cap. 10. n. 31. fine. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 71. Mandosius in praxi signatura gratia, tit. de obtinendis dispensationibus monachorum pro beneficiis, affirmat hodie non dispensari cum monacho ad beneficium curatum obtinendum.

11 Limitanda tamen est doctrina in casu necessitatis, quando scilicet non inueniuntur clerici seculares idonei, tunc enim præfici potest regularis: sicut è contra cum non inueniuntur regulares idonei pro beneficio regulari, præfici possunt seculares, quia necessitas caret lege, capsi quis forte de furtis. Conuenientius enim est beneficium gubernari per Clericos alienæ professionis, quam omni gubernatione destitui, vel iniquè gubernari: & ita tradit Rebuff. in concord. in rub. de collationib. S. volumus, ver. conformitatem, et tractat de nominationib. quast. 5. n. 13. versic. fallit, nisi idonei non reperiantur. Gonzalez alios referens, ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. num. 43. et seqq. & probat textus in c. inter quatuor, S. seu si regulares, de religiosis domib. rectoris in c. Abbate, in fine de verbor. significat. Crederem tamen beneficia in hoc casu non esse conferenda in titulum, sed

in commendam; quia non videtur necessarius alius modus provisionis, & hic est aptior, si quidem quandoque repetitur minister idoneus, poterit extraneus remoueri; & videtur deusum à sacra congregatione, prout refert Garzia 7. part. de benefic. c. 10. n. 32. in prima declaratione.

12 Verum spectato iure communi antiquo, certissimum est, regularem eligi posse ad parochialem Ecclesiam, non solum ad tempus, & in commendam sed in titulum, habetur expressè c. quod Dei timorem, de statu monachorum, ibi, et per antiquos canones etiam monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, quod priuilegiatum est, exercere. Ex quibus verbis videtur inferri regularem ineptum prædicationis officio eligi non posse: sic indicat Abbas in c. quod Dei timorem, n. 3. de statu monach. Syluest. verbo religio, 7. quast. 4. Rosella verbo monachus, num. 4. & clarè tenet Anton. cap. non est, num. 4. de voto, et disto cap. quod Dei timorem, numero 12. et ibi Ananias num. 9. Ceterum dicendum est eligi posse regularem apum curæ populatam, tamen officio concionandi ineptus sit. Probò, quia officio eligendi regularem est populi utilitas, & necessitas: sed seculo publico officio concionandi potest regularis esse populo maxime utilis, & necessarius. Ergo potest in parochum eligi: & sic docet expressè Abbas cap. non est, num. 9. de voto. Lambertin. de iure patron. lib. 2. part. 2. quast. 7. artic. 19. num. 22. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 40. Neque obstat textus in cap. quod Dei timorem, quia officium prædicationis, cui communitè religiosi aptiores sunt, præstat supradictum priuilegium, quod amitti non debet, est in vno, vel alio iurisd. aptitudo ad illud exercendum non inuenitur. Deinde in supra dict. cap. non videtur sumi officium prædicationis, prout communitè fieri solet sed pro officio doctrinæ, quam quilibet parochus suis ouibus præstare tenetur, & quia regulariter religiosi aptiores sunt ad docendum; & ea de causa in fauorem animarum illis hoc priuilegium conceditur. Temperat aliqui, vt non procedat in religiosis mendicantibus, quos dicunt ad omnia beneficia extra Episcopatum inhabiles esse: sic Rebuffus, Duchas, Imola, Man. Rodrig. relati à Sanchez lib. 7. cap. 29. num. 37. Sed vt benè expendit Sanchez nullum in iure habet hæc limitatio fundamentum. Neque textus qui inducuntur id probant: & ita ex vi iuris communis posse eligi hos regulares, sicut & alios, tradit idem Sanch. ibi, & Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 11. num. 98.

13 Controuersia autem est inter doctores, an dispensatio Episcopi requiratur ad hanc electionem. Tenent plures necessarium esse Episcopi dispensationem, sic Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 7. num. 52. Bellarm. deef. 713. num. 3. Staphileus de litter. grat. dist. de forma expectatiuarum in forma. 8. num. 9. et 10. et titul. de variis modis vacationum, in 6. num. 5. et titul. de qualitate, et statu beneficiorum, cap. incipienti, primo quod sit legitimus. Alexand. consil. 70. num. 13. volum. 3. & alij relati à Sanchez lib. 7. cap. 29. num. 38. Moueri possunt; quia non potest regulari beneficium parochiale conferri, quin simul concedatur facultas extra claustra viuendi, & factus beneficii administrandi, & de illis disponendi, sed ad hæc omnia necessaria est dispensatio. Ergo necessaria est dispensatio pro beneficio parochiali obtinendo.

14 Ceterum probabilis existimo nullam Episcopi requiri dispensationem: sic Gregor. Lopez leg. 25. titul. 7. part. 1. verbo Ecclesiæ. Couarruuias cap. 2. de testament. n. 3. Nauar. lib. 3. consil. in secunda edit. tit. de statu monachorum, consil. 12. per totum. Lambertinus de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. n. 13. vsque ad finem. Sanch. innumeros referens, lib. 7. in decal. cap. 29. num. 35. probatque textus in cap. in parochia, 16. quast. 1. vbi monachus ad beneficium parochiale præsentatus admitti mandatur ab Episcopo, nulla facta dispensationis mentione. Et in cap. quod Dei timorem, de statu monach. dicitur posse monachos ad Ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari; si autem dispensatione Episcopi indigerent, nequaquam de illis diceretur posse in presbyteros ordinari, quia non dicitur fieri posse, quod extraordinario remedio, quale est dispensatio, indiget; vt rectè dixit Innocent. in cap. pastoralis, num. 1. vers. renuntiatum, de causa possess. & propriis. & ex illo tradit Gregor. Lopez, & Sanch. supra: alias irregularis diceretur posse ordinari, & ad beneficium promoueri, quod quidem ex dispensatione id fieri potest. Deinde nulla apparet causa exigens hanc dispensationem ab Episcopo. Nam si aliqua esset, maxime quæ in contrario fundamento adducitur de incapacitate religiosi ad viuendum extra monasterium, disponendumque de beneficii fructibus: sed hæc incapacitatem nullus alius tollere potest, nisi religiosus prælatus. Ergo non Episcopus, cui religiosus non subditur. Ergo dispensatio Episcopi nequaquam est necessaria. Ex quo fit, si beneficium pleno iure conueniunt subire, poterit conueniunt independentè ab Episcopo, & quolibet alio prælato conferre illud suo religioso. Si autem beneficium non pleno iure subire conueniunt, sed Episcopo, vel alteri Prælato, auctoritas illius Prælati necessaria est; sicuti etiam in quolibet alio Clerico: & illi est necessaria; quia non est necessaria ob dispensationem status regu

regularis, sed ob dispositionem, & collationem beneficij, sic, aliis relatis, docet Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 12. n. 98. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 66.

15 Verum est dispensatio Episcopi necessaria non sit, est tamen necessaria ad hanc electionem Prælati proprii licentia, constat ex c. religiosus, in princ. de electione, in 6. ibi si religiosus electioni de se ad prælationem aliquam extra suum monasterium, vel suam Ecclesiam celebrata sui superioris, qui dare ipsam voluntatem petita, & obtenta licentia, præsumptis consentire, c. n. si si præscriptus non teneat, & in paucis præsumptionibus illius electioni eadem ipso facto viribus evanescerit omnino. Et subdit rationem textus, quia religiosi arbitrium non ex sua (cum velle, vel nolle non habeat,) sed ex illius quem vice Dei (supra caput suum posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependeat. Hanc autem licentiam solus superior absque consentu, imò renouente conuenit dare potest, vt expressè habetur in supradict. textu ibi decernimus vt iidem superiores (iisdem irrequisitis conuenientibus) electis huiusmodi consentiant, & transuadi liberam dare valeant facultatem: & huius specialis concessionis subdit rationem textus, vt celerius, & facilius Ecclesia prouideatur.

16 Circa hanc licentiam primo dubitatur: an ad solam prælationem requisita sit, an veto ad quodcumque beneficium parochiale? Et ratio dubij est, quia textus solum meminit prælationis, sub quo verbo sola dignitas iurisdictionem habens comprehenditur. Sed dicendum est ad quodlibet beneficium hanc licentiam requiritur, quia hanc licentiam non requiritur ex dispositione Pontificis, sed ex ipso religioso statu, ratione cuius religiosus liberam voluntatem non habet, sed subditam suo superiori, & ita tenet Franc. c. si religiosus in princ. notab. 1. de electione. Cardin. elem. fin. n. 11. q. 8. eodem tit. Mari. Rodriq. tom. 1. q. 34. art. 5. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 57. vbi aduertit optimè hanc licentiam non requiri, vt impetretur beneficium à summo Pontifice, quia Pontifici sunt omnes religiosi immediate subiecti, ipseque est ipsorum prælatorus. Ergo cum ipse beneficium concedit, iam ex voluntate superioris beneficium habetur. Secundo aduerso: obteno beneficio aliquo parochiali in titulum, iam non indigere religioſum prælati sui monasterij licentia, vt relicto illo beneficio alterum accipiet; quia acceptatione prioris beneficij manifesti sui iuris, & exemptus à prælati regularis obedientia, quæ est ratio, ob quam licentia prælati expostulatur: sic relatis Imola, Ancharan. & aliis docet Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 64.

17 Secundo dubitatur, an ad acceptationem summi Pontificis superioris licentia requiritur? Affirmant aliqui, quia Pontificatus est summa prælatura. Ergo in illius acceptatione præcipue expostulanda est prælati licentia. Neque excusari potest, ex eo quod Pontifex secum dispense, & superiore non habeat, quia ante acceptationem non est Pontifex, sed est suo Prælati subiectus, sic tenent Gregor. Lopez leg. 25. verbo Ecclesias. tit. 7. par. 1. Man. Rod. regul. q. 34. art. 5. in princ. & alij plures, quos refert Sanch. dicto cap. 29. n. 58. Cæterum dicendum existimo cum ipso Sanch. & aliis doctoribus, quos ipse refert, nullam ad hanc acceptationem licentiam superioris requiri. Quia ab ipsomet iure est iam hanc licentia concessa: si quidem in cap. licet, de electione, cauetur nullum impedimentum opponi posse aduersus electum à duabus partibus Cardinalium præter hæcsum. Ergo neque impedimentum omittitur licentia. Adde per ipsam electionem constitutum esse omnem Ecclesiam superiorem, & consequenter exemptum ab obedientia. Ergo non indiget superioris licentia ad acceptandum.

18 Tercio dubitatur, qualis debeat esse hanc licentia, an inquam sufficiat, si deur antecederet ad electionem, sub conditione si eligaris? Et dicendum est nequaquam talem licentiam valere: quia expressè sic cauetur in clem. fin. de electione, ibi: cum concessa religioso à superiore suo licentia, vt electioni, vel prouisioni, (si quam de ipso contigerit fieri) suam dare possit assensum, ambitionis vitio viam parat, nullius eam existere volumus firmitatis. Ex quibus verbis constat necessariò licentiam sublequi debere electionem, collationem, seu præsentationem, & quemlibet alium prouisionis modum, & tradit glossa ibi; Imola n. 10. & 11. Sanch. lib. 7. decal. cap. 29. n. 50. & 60. E contra veto si licentia post acceptationem succedat, acceptationem non reddit firmam; quia quod à principio nullum est, tractu temporis conualecere non potest, Sanch. num. 63.

19 Quarto dubitatur, à quo Prælati hanc licentia concedenda sit? Aliqui existimant debere concedi ab illo Prælati, in cuius manibus religiosus professionem emisit; quia solilli se religiosus propriè subiecit; aliis vero se subiecit, quatenus ab illo habent potestatem. Vnde si solus generalis potestatem habet admittendi professionem, solum ex licentia illius poterit religiosus prælaturam acceptare: sic Dominic. in cap. si religiosus, in princ. num. 7. & cap. quorundam, §. volentes, num. 5. de electione. in 6. Franciscus eodem c. quorundam, num. 2. notab. 4. Calderin. concl. 3. n. unico, de regularib. Cæterum probabilius cædo, licentiam prælati monasterij sufficere ad hanc acceptationem, nisi in aliqua religione aliter fuerit statutum, vel constitutione, vel privilegio: sic plaribus relatis, firmat Sanch. lib. 7. in

decal. c. 29. num. 65. Mouetur, quia hic est verus superior, cui religiosus se subiecit, tamen si subiecto ei facta fuerit, quatenus vices superioris totius ordinis habeat. Dixi, nisi liter in religione aliqua fuerit statutum, vel constitutione, vel privilegio: quod dixerim, quia Man. Rod. tom. 2. reg. q. 35. art. 2. testatur ex privilegio Alexand. III. solum generalem, vel prouincialem hanc posse licentiam ad prælaturam concedere, & nullo modo superiorem immediatum conuentus, & videtur approbati à Sanch. in supradicto loco. Item in religione societatis Iesu nullus alius potest hanc licentiam concedere nisi generalis præpositus, qui nisi compellus fuerit præcepto Pontificis, hanc licentiam non concedit, vt colligitur ex 9. parte constitution. cap. 4. §. 5. & cap. 5. §. 6. sine. Aduertit tamen, & bene, Sanch. dicto c. 29. n. 67. hoc intelligendum esse de prælati & Episcopatus honorem, & diuitias afferentibus: secus de prælati, quæ iis mundanis opibus carent, & laboribus plurimis abundant, quales sunt Episcopatus Ethiopie, Iaponæ, & similes, de quibus Gregor. 1. p. pastoralis, c. 8. explicuit ilud Pauli 1. ad Timoth. 3. qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

20 Quinto dubitatur, quid faciendum est, si prælatus nolit petitam licentiam ad acceptandum concedere? Respondeo, si iniuste nolit, compellendum esse à suo superiore. Difficultas autem est, quando censetur prælatus iniuste licentiam denegare? Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 68. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 12. n. 97. Greg. Lopez leg. 25. verbo Ecclesias. tit. 7. p. 1. Man. tom. 1. q. 34. art. 5. initio, & alij affirmant, quoties necessitas, vel utilitas Ecclesie adest; quia stante hac utilitate Ecclesie videtur prælatus obligatus hanc licentiam concedere: si quidem eam concedere potest. Ergo iniuste denegat. Nihilominus censent, etsi utilitas Ecclesie sit sufficiens causa, vt prælatus licentiam concedere possit; iuxta textum in cap. de utilitate, 16. quæst. 1. & tradunt Greg. Lop. Lessius, Sanch. Man. & alij supra. Vt tamen obligetur illam concedere, existimare non tantum utilitatem, sed etiam necessitatem Ecclesie adesse debere. Durum enim est dicere prælatum malè facere denegando licentiam religioso, vt prælaturam accipere, quam videt suæ religioni esse valde utilem, tamen si Ecclesie ad quam egerit utilis fururus sit. Non enim reuere prælatus utilitati Ecclesie secularis providere ex obligatione, & præcipue cum iactura suæ propriæ religionis. Et ita necessitatem requiri, neque utilitatem sufficere docent glossa, cap. quam sit, verbo ad ordinandum. 18. q. 2. Anchar. cap. si religiosus, num. 4. de electione, in 6. Gamba de auctor. legati à latere lib. 8. cap. ult. n. 23.

21 Quod si inquiras, quis superior compellere possit prælatum sic denegantem talem licentiam? Respondeo quemlibet qui illius prælati superior sit. Tum quia superior illius prælati eius negligentiam supplere potest. Tum quia ad ipsum deuoluitur potestas posita negligentia in immediato superiore, iuxta textum in cap. quamquam de electione, in 6. & cap. Roman. de supplenda negligentia prælati. eodem lib. & tradit, aliis relatis, Thom. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 69.

§. II.

Quid dicendum sit de beneficiis electiuis.

- 1 Expendit vt textus in cap. quorundam, de electione, in 6.
- 2 Quæ ex illo inferantur, vt omnino certa.
- 3 An sint in numero eligentium excommunicati computandi.
- 4 Si religiosus mendicans Episcopus transferatur in alium Episcopatum, an debeat in concordia eligi.
- 5 Seruanda sunt hic modus concordie electionis tam pro prælaturis extra religionem, quam intra.
- 6 Probabilis est solum de prælaturis extra ordinem debere textum intelligi.
- 7 Satisfit contraria rationi.
- 8 Affirmant aliqui supradictam constitutionem extendi ad beneficium curata iurisdictione carentia.
- 9 Oppositum tenendum est.

Dubium est de beneficiis secularibus per electionem factis, qua ratione religiosi tam mendicantes, quam non mendicantes illorum capaces sint? Et tota difficultas consistit in explicatione text. in cap. quorundam, de electione in 6. ibi enim Bonif. VIII. vt religiosi ambitionis viam præcluderet, statuit, vt nulli religioso Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, postulatione, seu vocatione ad aliquam extra administrationem sui ordinis prælaturam in discordia de se facta ius de cætero acquiratur, nec eorum aliqui t. li. electioni, postulationi, prouisioni, aut vocationi quomodolibet valeat consentire, etiam si magistris, aut ministri, vel prius generalium eorundem ad id accesserit licentia, vel consensus: circa religiosos quoque alios cuiuscunque conditionis, vel status existant (vult Pontifex hoc feruari) vt nec ipsi electionibus, postulationibus, prouisionibus, aut vocationibus à minori parte numeri ad prælationes quilibet de se factis (quæ hoc ipso, quod à minori parte processerint, nullum proflus tribuant ius eisdem) summa audeant

audeant prætere consentum, etiam si super hoc assensus, vel licentia suorum interuenierit prælatorum. Et subditur effectum, & inane quicquid contra fuerit attentatum.

Ex his enim verbis constat necessarium esse mendicantibus, ut ad aliquam administrationem, vel prælatum extra proprium ordinem eligantur, nomenitur, seu aliquo modo prouideantur, concordem omnium eligentium, nominantium, seu prouidentium consentum: aliis vero religiosis necessarium esse consentum maioris partis eligentium. Peritur autem pro mendicantibus amplius, quam pro non mendicantibus, scilicet consentus omnium eligentium: quia ipsi ob professionem paupertatis, & excellentioris vitæ magis fugere debent lites, & discordias, & ambitionis viam: sic Lambertin. *de iure patronat. lib. 2. p. 1. g. 7. art. 20. n. penult. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 44.*
 2 In huiusmodi textu sunt aliqua certa, & aliqua quæ difficultatem habent. Primum certum est, loqui textum de electione passiva religioſi, non actiua, constat ex illis verbis textus *electionis de se factis*. Et infra *electionibus de se factis*, & ex intentione Pontificis volentis præcludere religioſis ambitionis viam, quæ in electionibus passivis prælatum, non actiuis reperitur: & ita tradit glossa in *elem. quod circa de electione, verbo electionis*. Neque obstat *dictam elem.* generaliter loqui de electionibus: nam loquitur de electionibus de quibus loquutus fuerat Bonif. VIII. in *dicto c. quorum iam*, qui expressè de electionibus passivis, & non actiuis loquutus fuit.

Secundo est certum, loqui textum, non solum de electione, & postulatione, sed etiam de præsertatione. Nam est expressè de præsertatione non fuerit loquutus, satis sub nomine prouisionis, aut vocacionis comprehenditur, ut notauit glossa *elem. cum concessa de electione, verbo prouisioni*, & ibi Cardin. n. 11. g. 7. Imola num. 10. Et ratio prohibitionis expressa in *dicto cap. quorundam*, vitandi lites, & ambitiones; æque, imò efficacius militat in præsertatione, ac in electione: & nominatione: & ita tenet, relato Franco. *eo c. quorundam, n. 4. & ibi Dominico §. circa, n. 3. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. g. 7. art. 20. à n. 6. usque in finem, Sanch. lib. 7. in decal. cap. 19. n. 51.*

Tercio est certum, electionem factam in discordia non conualescere; tamen postea concordent electores: quia quod à principio nullum est, tractu temporis non conualescit. Tum quia solum in electione Pontificis, licet de electione in 6. & in electione monialis, *cap. in demeritis, eodem tit.* consensus superueniens prodest electioni in discordia factæ, & notauit, aliis relatis, Sanch. n. 52.

Quarto est certum, non loqui textum de electione regularis ad canonicatum, vel aliud beneficium simplex, cum expressè dicat ad administrationem, vel prælationem: sic Lambert. *suprà. n. 1. Sanch. n. 50.*

Quinto est certum, regularem mendicantem traslatum ad non mendicantem, si eligatur in prælatum ex dispensatione, non indigere consentu omnium electorum, sed tantum maioris partis: quia absolute non mendicans eligitur: sic Sanch. n. 53. E contra vero, si non mendicans traslatus esset ad mendicantes, & eligeretur ad prælatum, deberet eligi, ex omnium eligentium consentu.

Sexto est certum, si religioſus mendicans eligatur omnes electores debere concurrere. ita ut uno deficiente, vel contradicente nulla sit electio. Si vero regularis non mendicans eligatur, maior pars eligentium debet concurrere. Sed quia possunt eligentes eligere iure singulari, vel iure collegij, & quatenus illius sunt partes, ideo duobus modis de eorum electione dicendum est: nam si iure collegij eligunt, necessarium faciendum est electio à maiori parte, ita ut si in collegio sint decem, debet fieri electio à sex, nec sufficit fieri à quinq; quia aliis non dicitur electus à collegio. Neque obstat, quod in *dicto cap. quorundam*, solum dicatur, ne fiat electio à minori parte; quia tacite ibi insinuat debere fieri à maiore. Adde est à dimidia eligentium parte non annullatur ex *hoc c. quorundam*, annullatur tamen ex eo quod non sit canonica electio. At si electores non iure collegij, sed iure proprio & singulari eligunt, tunc potest contingere, ut ex decem electoribus quatuor sufficiant electionem validam facere, si in vnum consensiant, aliis sex electoribus diuisis, ites vni parti, & tres alteri; quia tunc ille qui electus est à quatuor, absolute à maiori numero actu eligentium eligitur; tamen non à maiori numero electorum: quod videtur sufficiens, ne dicamus hanc decretalem corrigere ius antiquum statuens hanc electionem sufficentem esse, & à maiori parte factam reputari, *c. quoniam, de iure patron.* Verum si illi sex electores sua vota non pronunciant, & quis à quatuor tantum electus esset, nequaquam dici posset à maiori eligentium numero electus, sed à minori; ac proinde nulla erit eius electio: sic docet Lambertin. *suprà. art. 20. n. 3. Sanch. aliis relatis, n. 55.* His tanquam certis suppositis.

3 Circa huiusmodi textum est prima difficultas; an in numero eligentium computandi sint excommunicati, suspensi, aut aliis inhabiles, ita ut si decem sint electores, & quatuor sint excommunicati, & mendicans eligatur à sex habitibus, dici possit eligi ab omnibus? Glossa in *suprad. cap. quorundam, verbo in discordia, & verbo numero*, negat inhabiles esse computandos

cuius placitum sustineri poterat ex iure, antiquo, sed iam facti non potest; quia contrarium est expressè decisum, in *elem. quod circa, de elect.* ubi Clem. V. ait. *Quod circa religionem electiones super discordia, & minoritate numeri, Beneficiaria constitutione cametur de discordia, & numeri minoritate, quæ in factis, non in fictione, vel iuris effectu constitunt, debere intelligi declaramus*: quasi diceret, omnes qui de facto capaces sunt eligenditatem à iure excludantur, esse in hoc casu reputandos electores: sic glossa in *dicta elem. verbo quæ in factis*, Secus vero dicendum est de iis, qui potestate eligendi carent; eo quod non sint ordinati, professi, vel in tali ætate constituti, quibus conceditur ius eligendi, quia ij de facto electores non sunt, neque vnquam fuerunt: sic glossa *suprad. loco*; & ibi Cardin. n. 9. g. 12. Imola n. 13. & 14. Bonif. à n. 26. usque ad 30. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 49. Qui doctores extendunt hanc doctrinam ad abſentes non vocandos, vel vocatos nolentes venire, aut suffragio renunciantes: quia ij non tam iuris fictione, quam facto videtur potestate eligendi carente. Quæ de causa ij non computantur in duabus partibus Cardinalium eligentium Pontificem, ut dicit glossa *dicta elem. in fine*. Sed hæc extensio pro præſenti casu difficultatem habet, cum absolute abſentes, & renunciantes voto potestatem gaudeant eligendi, & consequenter si ipsi electioni non consentiant, non dicitur absolute religioſus electus ex consentu omnium electorum: sed cum addito, omnium electorum, qui ex iuris fictione capaces sunt eligendi. Aduerto tamen cum glossa in *suprad. elem.* electores inhabiles religioſi electioni non consentientes impedire posse eius electionem, ac non posse alterius electionem promouere; quia ad hunc effectum inhabiles reputantur. Vnde si religioſus non mendicans ab illis quatuor excommunicatis eligeretur, & insuper à tribus habitibus, eius electio sustinenda non esset; quia esto esset à maiore parte eligentium facta, quoad firmitatem, & validitatem electionis, à minori eligentium numero censenda esset fieri.

4 Secunda difficultas est, an religioſus mendicans traslatus in episcopum; si ei conferatur aliquis alius episcopatus, debeat in concordia eligi, & non mendicans à maiore parte eligentium, sicuti in prima electione factum est. Et ratio dubitanti est, quia traslatus in Episcopatum exemptus est ab oneribus, & obligationibus religionis, & alium statum superiorem induit. Ergo non est adstringendus supradicta obligatione religioſorum propria. Adde textum in *cap. quorundam* loqui cum religioſis, qui indigent licentia, & consentu suorum ordinum prælatorum ad acceptandam prælatum; ut constat ex illis verbis, *etiam magistri, aut ministri, vel priores generalium eorumdem ad id accēſerit licentia, vel consensus*, & paulo inferius: *etiam si super hoc assensus, vel licentia suorum interuenierit prælatorum*, sed religioſus Episcopus factus nulla indiget regularis prælati licentia ad acceptandam nouum Episcopatum: quia ei non subditur, sed omnino ab eius obedientia exemptus est. Ergo.

Deinde loquitur textus de religioſis, qui adualiter subduntur religionis prælati, ut colligitur ex illis verbis *secum prælatum*, sed religioſi Episcopi non est suus prælatum, prælatum regularis. Ergo. Hæc rationes videntur hanc partem probabilem reddere, præcipue cum decretum sit odiosum, & restrictum summe electionis à communi statuta, sed quia contrarium communiter à doctoribus defenditur, sic in praxi tenendum, & consulendum est. Quapropter dicemus eodem modo secundam electionem faciendam esse, sicut primam: quia esto ab oneribus, & obligationibus cōuentualibus religionis exemptus sit monachus Episcopus, non tamen exemptus est ab obligationibus religionis substantialibus: quia verè religioſus est. Sed cuiuslibet religioſo hoc onus imponitur, ut indicant illa verba, *nulli religioſo, & illa, religioſus quoque alios cuiuscunque conditionis, vel status existans, quasi diceret; tamen si status, & conditio viuendi mutata sit, si religioſus perseverat, hunc modum in sua electione seruare tenetur*, & ita docet Glossa in *suprad. cap. quorundam, verbo mendicantium, & verbo prælatorum*, & aliis relatis Sanch. lib. 7. cap. 29. n. 48.

5 Tertia difficultas est, an hic modus concordie electionis seruandus sit tam pro prælatibus extra religionem, quam intram. Et de religioſis mendicantibus certum est, intelligi solum de prælatibus extra propriam religionem; quia expressè id habetur in *dicto c. quorundam*; ubi ad aliquam extra administrationem sui ordinis prælatum, &c. Quare solum est dubium de religioſis non mendicantibus; & ratio dubij est, quia loquens de religioſis mendicantibus expressit prælatum extra ordinem: ac loquens de non mendicantibus id non expressit, imò potius vltus fuit generali verbo comprehendente prælationes tam ordinis, quam extra: inquit enim, *ad prælationes quaslibet de se factis*. Item in religioſis non mendicantibus est specialior ratio, quare prælatum proprii ordinis comprehendatur: quia auctoritatem, honorem humanum, & diuitias specialiter afferunt; & forte ea de causa in iure electione non fuit expostulatus concursus eligentium consentus, sed solum ne minor pars numeri desit, cum tamen in electione mendicantium fuerit expostulatus consensus eligentium consentus. Dicendum ergo est in iis religioſis tam prælatum extra ordinem, quam intra comprehendendi: & ita docet Glossa in *supradicto cap. verbo quaslibet*: & ibi Ioann. Audi.

Andr. ad finem. Anchar. n. 4. Francus n. 4. Dominici ibi §. circa n. 2. sine. Anton. Cucus lib. 4. instit. moral. t. 1. m. 264. Man. Rodriq. r. 2. q. regul. g. 5. art. 2. quos refert & sequitur Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 49.

6 Nihilominus probabiliter credendum solum de prælaturis extra ordinem esse supradictum textum intelligendum. Moverit primò, quia finis huius constitutionis, ut constat ex ipsius proemio, est, ne religiosi suæ professionis immemores præcedant honores, divitias, & delicias, quæ per religionis ingressum foreverunt, ambiendo prælationes extra proprium ordinem, qui finis omnino cessat in prælaturis proprii ordinis, si quidem per illarum ambitionem non sunt suæ professionis immemores, neque retro respiciunt ad ea, quæ iam reliquerunt. Secundo diffinitio dubia alicuius legis ex proemio ipsius colligenda est ut iure diximus *disput. 5. de legib. vbi de legis interpretatione*. Sed proemium huius constitutionis est solum de assensu ad prælaturas extra proprium ordinem, ut constat. Ergo cum inferius dicit ad prælationes quælibet, de prælationibus quibuslibet extra ordinem loqui intelligendum est: sine fundamento enim extenderetur diffinitio ad prælaturas proprii ordinis ultra finem in constitutione intentum, & ultra generalem regulam iuris, quod in dubiis, & in materia pœnalis benignior pars sequenda est. Tertio, textus loquitur de prælaturis exigentibus licentiam proprii superioris ad acceptandum, ut constat ex illis verbis: *viam si super hoc assensus, vel licentia suorum interuenierit prælatorum*. Sed ad prælaturas proprii ordinis raro, vel nunquam hic consensus, & licentia expostulatur, & quando de facto expostulatur, potius est per modum approbationis, quam licentia ad acceptandum requisita.

7 Neque obstat ratio dubij. Nam esto loquens textus de non mendicantibus, non expresse prælaturas extra ordinem, sed fuit, quia satis in prima parte expresse, & ex illa prima parte secunda limitanda est: neque enim alienum est in constitutionibus ea vna parte clara aliam dubiam interpretari. Ad confirmationem dico adesse in non mendicantibus aliquam specialem rationem, ob quam possent Pontifex constitutionem extendere non solum ad prælaturas extra ordinem, sed etiam ad prælaturas proprii ordinis: nam negamus de facto extendisse, quia non est firmum fundamentum ad id afferendum.

8 Quarta difficultas est; an ad electiones beneficiorum curatorum iurisdictione earentium extendatur hæc constitutio, & modus electionis in ea præscriptus? Affirmant Lambertin. *de iure patron. lib. 2. part. 1. quest. 7. art. 20. num. 2.* & supponit Dominicus *eo cap. quorundam, §. circa num. 3.* & ibi Francus n. 4. Ancharan. num. 3. Moveri possunt, primò, quia disposita in prælaturis, censeri debent disposita in beneficiis curatis. Tum quia dispositum in maiori, censeri debet in minori dispositum. Tum quia curatum beneficium quædam prælatura est.

9 Cæterum, omnino tenendum est contrarium cum Thom. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 56. Quia parochiale beneficium non est propriè, & in rigore prælatura: hæc enim in utroque foro iurisdictionem requirit, qualem parochiale beneficium non habet. Neque parochi dicuntur prælati, si quidem in *elem. dudum, verbo ab olim, de sepultur.* fit distinctio inter prælatum, & parochum. At in *d. cap. quorundam*, solum de prælaturis est facta mentio. Ergo non est extendenda decisio ad beneficia parochialia: si quidem est constitutio pœnalis, & exorbitans à iure antiquo, & finis constitutionis, qui fuit viam ambitionis religiosi præcludere, non æque in parochiali beneficio, ac in prælaturis locum habet. Neque obstat parochum aliquando iurisdictionem habere excommunicandi, ut constat ex *cap. cum ad Ecclesiarum num. 1. de officio ordinar. c. cap. Tua de Clerico agrotante*; quia ibi Clericus non excommunicabatur ex vi munitis, sed ex privilegio, aut præscriptione, ut dicit Abbas *dicto cap. cum ad Ecclesiarum num. 2.* Ratio in contrarium non videtur: negamus enim dispositum in maiori, censeri debere in minori dispositum; quia ratio disponendi procedit in maiori, non in minori; aliàs ad beneficia simplicia extendenda esset supradicta constitutio, quod non est dicendum. Minus videtur vocari aliquando curatum beneficium prælaturam; quia improprie, & lato modo vocatur; ac proinde pœnalis, & exorbitans constitutio non est ad illud extendenda.

§. III.

An Equitibus militariibus, & nouitiis conferri possint beneficia secularia, vel regularia.

- 1 Beneficia regularia proprii ordinis Equitibus militariibus concedi possunt. Et proponitur dubitandi ratio, non posse beneficia secularia illis conferri.
- 2 Satis probabile est beneficia secularia illis conferri posse.
- 3 Proponitur dubitandi ratio pro nouitiis.
- 4 Nouitiis concedi non potest beneficium regulare, quod administrationem habeat.
- 5 Beneficia secularia nouitiis conferri possunt valide, tametsi non deceat.

6 Vacans beneficium, ad quod nouitiis habet ius, alteri conferri non potest.

1 ET quidem beneficia regularia proprii ordinis conferri posse Equitibus militariibus, sicuti aliis religiosis, est certum ex praxi; quia in hac parte & religiosi reputantur, & privilegiis religiosorum gaudent, quod maxime locum habet in militibus sancti Ioannis, qui tria substantialia vota emittunt. Et hinc oritur ratio dubitandi, si enim beneficiorum regularium capaces sunt, tanquam regulares habentur. Ergo inhabiles erunt ad beneficia secularia; quia beneficia secularia non regularibus, sed secularibus sunt concedenda: sic Nauar. lib. 3. *consil. tit. de regular. consil. 10. num. 9. ad 2. in 2. edit. Mandol. de signatura gratia. tit. dispensatio monachorum pro obtinendis beneficiis in sine*. Man. Rodriq. *qq. regul. tom. 1. quest. 34. art. 5.* Gonzalez ad reg. 8. *Cancell. gloss. 8. num. 42.* Lambertin. *de iure patron. 2. part. lib. 1. quest. 7. artic. 4. c. 5.* Garcia de benefice. 1. part. *capit. quarto. num. 22.* Ob horum doctorum auctoritatem supra dicta ratione dubitandi firmatam mihi hæc sententia probatur.

2 Nihilominus censo satis probabile his militibus beneficia secularia conferri posse: sic relato *Gambara lib. 6. de officio, c. potest. legati. num. 269.* & Azor. r. 1. *instit. moral. lib. 13. cap. 3. quest. 1. ad finem*, docet Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 103. & de militibus sancti Iacobi de Sparha est decisum à sacra congregatione, & pluribus doctoribus confirmatum refert Garcia de benefice. 1. part. *cap. 4. num. 24.* & tenet Barbosa 3. p. *de potest. Episcop. alleg. 57. num. 174.* Ratio esse potest, quia huiusmodi milites in communi modo viuendi statum secularem habent, & seculares reputantur. Neque obstat beneficiorum regularium capaces esse; quia id est fauore religionis.

3 De nouitiis maior est dubitatio, an regularia, vel secularia beneficia illis concedi possint? Et ratio difficultatis est; tum quia nouitiis capax non est beneficij regularis *cap. nullus. de electione in 6. clement. 1. de supplend. negligenti. prælatus c. clement. 1. §. sanè 2. de statu monachorum*. Ergo dicendum est esse capacem beneficij secularis. Econtra vero nouitiis est in statu probationis, & privilegia religionis illi conceduntur. Ergo poterit illi beneficium regulare concedi: seculare autem non videtur concedendum; quia iam habuit, & professione vitæ à seculo recessit, & occasionem inde accipere redeundi ad seculum.

4 In hac re dicendum est primò nouitio concedi non posse beneficium regulare, quod administrationem habet ex *suprad. c. Nullus, c. ex suprad. clement.* & tradunt communiter omnes, ut testatur Gonzalez ad reg. 8. *Cancellar. gloss. 8. num. 78.* Barbosa in *remission. consil. Trident. sess. 14. cap. 10. de reformat.* vbi testatur à sacra congregatione esse decisum. Ratio congruentia est; quia non debet in magistrum assumi, qui formam discipuli vix assumpsit, neque aliis præfici, qui subesse non nouit, ut dicitur *cap. cum in magistrum. de electione*. Alia autem regularia beneficia, tametsi iure antiquo nouitio conferri non possint ex *supradict. cap. cum de beneficio. de præbendis. in 6.* At ex dispensatione Trident. *sess. 14. capit. decima de reform.* ipsi, aliisque secularibus conferri possunt, dum modo habitum illius religionis, in qua est beneficium suscipiant, & se obligent ad professionem emittendam. Quod intelligendum est, dum beneficio potiri volunt. Suar. *tom. 3. de relig. libro quinto, capit. vlt. num. 14.*

5 Dico secundo. Beneficia secularia nouitio conferri possunt validè, tametsi non deceat: sic Probus ad Monach. *cap. beneficium. de Regularib. in 6. n. vltim.* Francus alios referens *ibi num. 1.* Tiraquel. *de retract. lignag. gloss. 8. §. 1. n. 37.* Azor. r. 1. *instit. moral. lib. 12. c. 3. quest. 1.* Sanch. lib. 7. in decal. c. 2. n. 22. Garc. de benefice. 7. p. *cap. 10. n. 5. c. 6.* Priorem partem, scilicet collationem beneficij secularis factam nouitio valere, sic probat Quia nouitiis capax est retinendi beneficium seculare, dum professionem non emittit. Ergo etiam capax est illud recipiendi. Item nullo textu cauetur incapacem esse. Ergo non est afferendum. Secunda pars, scilicet non conuenire illi beneficium conferri, constat ob rationem dubitandi, ne ipsi detur ansa ad seculum reuertendi.

Quod autem Tiraquel. & Francus dicunt nouitium acceptantem beneficium seculare religioni renunciare, non habet fundamentum: stare enim optime potest, acceptare beneficium eo animo, ut si religio non placeat, illud possit retinere; si minus professione facta, vacet; sicuti contingit, cum tempore nouitatus beneficia antea possessa retinet, sic Garcia, & Sanch. *supra*.

6 Ex quo manifestè fit, si aliquod beneficium vacet, ad quod nouitiis vocatus est vel specialiter, vel in genere; quia vocatus est coniunctior sanguine, nequaquam posse alteri conferri, sed vel conferendum esse nouitio (ut verè conferri potest) vel suspendenda eius collatio, quouique ipse professionem emittat quia nequit primari iure ad idem, quod in beneficium habet: sic Sanch. lib. 7. in decal. cap. 4. n. 23. *inactio num. 5.*

§. IV.

An saculare beneficium possit in regulare transire, vel è contra?

- 1 Dupliciter potest hoc contingere.
- 2 Tempus requisitum pro beneficio regulari prescribendo debet esse quadragenarium continuum.
- 3 Eadem prescriptio quadragenaria requiritur, ut beneficium regulare in saculare transcat.
- 4 Satisfit fundamentum opposito.
- 5 Sex conditiones ad prescriptionem supradictam requiruntur, & quæ hæc sint.
- 6 An capellaniam fundatam in monasteriis regularium, & in Ecclesiis ordinum militarium regulares, vel saculares censentur?

1 Saculare ergo beneficium potest in regulare transire, & è contra regulare in saculare. Primo, si à Pontifice, penes quem est potestas alterandi beneficiorum statum, hæc mutatio fiat. Secundo, si legitima prescriptio saculares beneficium aliàs regulare admittunt, vel è contra regulares beneficium aliàs saculare.

2 Tempus vero requisitum ad hanc prescriptionem pro beneficio regulari debet esse quadragenarium continuum, & pacificum. Nam prescriptio regularis beneficij, quod antea saculare erat, aduersatur iuri beneficia sacularia intendenti, & prescripti. Ergo requiritur quadragenarium tempus, ex *textu in cap. cum de beneficio de prebendis. in 6. & ibi Glossa verbo legitima. Rebuff. in pract. ritual. quod duplex sit beneficium. num. 5. Gonzalez ad reg. 8. Camellar gloss. 7. num. 8. Thom. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 15. Garcia de benef. 7. p. cap. 10. num. 34. & segg.*

3 Sed an eadem prescriptio quadragenaria requiritur, ut beneficium regulare transeat in saculare. Non est constans sententia doctorum. Aliqui affirmant sufficere decennium. Moverunt primo, quia per hanc prescriptionem reducitur beneficium ad suum primarium statum iuri conformem. Ergo cum talis prescriptio non aduersetur iuri, sed potius conformetur, decennalis sufficit. Ceterum probabilius censo quadragenarium tempus requiri, ut beneficium, quod ex fundatione vel prescriptioe regulare erat, in saculare transeat: sic tradit Garcia 7. part. de benef. cap. 10. num. 35. multis decisionibus Rota comprobans. Gonzalez ad reg. 8. Camellar gloss. 7. num. 36. Azor. 2. p. lib. 3. in sit. moral. cap. 26. quest. 3. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 17. & alij apud ipsos. Ratio præcipua desumitur ex cap. cum de beneficio de prebendis. in 6. vbi eadem prescriptio pro beneficio saculari, ac regulari statuitur: inquit enim textus, cum de beneficio Ecclesiastico consueto Clericis secularibus assignari, prævideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno, vel pluribus secularibus Clericis instituitur in eorum rectoribus extrinsecus continetur, ac pacifice gubernatur, ut prescriptio legitime sit completa, etiam si ante, vel post religiosi quandoque ministraverint in eodem. Quando vero scribitur, ut provideatur de aliquo prioratu alicui clerico saculari; & provideat non potest de prioratu, qui per religiosos (iuxta modum præmissum) est solitus gubernari, nisi hoc in litteris cauentur expressè. Ex quibus verbis satis constat eundem modum prescriptiois in beneficio saculari, ac regulari requiri, si quidem statuto à Pontifice modo prescribendi pro saculari beneficio loquens statim de regulari subdit prescriptioem iuxta modum præmissum. Secunda ratio est, quia esse beneficium regulare, contrarium non est iuris dispositioni, sed potius ex iure habetur talis status, ut ex supradictis. cap. cum de beneficio, liquet. Sed non obstantè hac conformitate quadragenaria prescriptio expostulatur pro mutatione beneficij sacularis in regulare. Ergo eadem expostulari debet pro mutatione regularis in saculare, cum utrumque beneficium æquè sit iuri conforme. Tertio, si beneficium ex fundatione, vel ex prescriptioe factum sit regulare, iam ut tale illud beneficiarius possidet, & in illo habet ius quæsitum. Ergo ut mutetur talis possessio, & loco possessionis regularis, succedat saculari, quadragenaria prescriptio requiritur; quia tractatur de iure quæsitum, quod iuri communi æquipollet. Quarto, ut per quacunquæ causam nascitur, per eas dissolvitur, nisi contrarium inveniatur: iure expressum, leg. nihil est tam naturale. ff. de leg. iuris. Sed beneficium regulare natum fuit ex quadragenaria prescriptioe. Ergo ex eadem desinit esse.

4 Restat satisfacere contratio fundamento. Et primo negamus per mutationem regularis in saculare reduci beneficium ad suum primarium statum: quia forte eius primus status nullus alius fuit nisi regularis: sed concessio gratis, quod beneficium fuerit à principio saculare, & prescriptioe, vel privilegio principis in regulare fuerit mutatum, iam primus status sacularis ita extinctus est, ac si nunquam fuisset. At si nunquam fuisset saculare, nulla esset redactio ad primarium statum. Ergo postea tali prescriptioe non datur tali reductioni locus.

Tertio, illa maxima, quod sit favorabilis dispositio, quæ redcit rem ad suum primarium statum, intelligi debet de reductione uniuersali per legem, qualis est illa quæ fit in cap. finium, de prebendis. in 6. vbi sublata potestas Ordinariis conferendi beneficia vacantia in curia redditur, si intra mensem vacationis à Pontifice prouisa non fuerint; quia redactio uniuersalis per legem, est quæ legem constituit. Secus vero dicendum est de reductione alicuius actus particularis derogantis iuri alterius: quia talis redactio, quousque legitime præscripta sit, semper est contraria legi communi, ut bene aliis relatis probat Gonzal. gloss. 7. n. 29.

5 Quod si inquiras, quæ conditiones adesse debent ad supradictam prescriptionem? Respondeo sex requiri. Primo lapsus continuus, & pacificus 40. annorum, nam quousque hoc tempus transactum sit, non datur prescriptio legitima, ac proinde ex illa non potest ius aliquid fundari. Secundo, illius obuiosio, seu institutio in possidente, quia sine institutione non obtinetur beneficium, & constat ex dicto cap. cum de beneficio: ibi quod tanto tempore ab uno, vel pluribus in situ in eorum rectoribus & tradit, alios referens Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. num. 21. Gonzalez gloss. 8. num. 32. Tertio, ut talis institutio sit in titulum, non in commendam, constat ex dicto c. cum de beneficio ibi, instituitur in eorum rectoribus, non dicit vicarius. Neque enim ex commendatione beneficij alicui facta tanquam vicario, beneficium suum statum amittere potest; quia vicarius non possidet beneficium, ut proprium: & ita tenet Rebuff. in concord. in Reb. de collat. §. volumus. vers. seruo requiritur Sanch. num. 22. Gonzalez. num. 37. & alij apud ipsos. Quarto, ut institutio declaret qualitem beneficij, scilicet si beneficium prædicator, debeat possidere esse institutus, in illo tanquam in regulari; si prædicator saculare, debeat esse institutus tanquam in saculari; si aliis relatis Gonzalez. num. 33. Sanch. num. 23. Aduertit tamen Felin. in c. in nostra. num. 41. vers. nota diligenter de re scriptis: sufficere si in primo instituto hæc qualitas beneficij expressa sit, tamen si successoribus non exprimitur; quia successoribus præsumitur eodem modo conferri, ipsosque possessionem habitam continuare. Quinto, debet talis expressio qualitatibus fieri intentione, & animo imprimendi beneficio talem statum: sic Gonzalez. num. 37. Sanch. num. 25. Ex quo fit, si beneficium regulare Clerico saculari; & saculare Canonico regulari conferatur ex dispensatione non mutari eius naturam; quia non conferitur ex intentione mutandi statum beneficij; neque talis collatio fit iure tituli, sed potius iure administrationis, & commendatæ: sic Rebuff. in concord. vers. quarto requiritur. Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 3. c. 16. quest. 3. in sit. Sanch. lib. 7. in decal. c. 29. n. 24. Alphons. de Ojeda de incompatibilit. beneficiorum. 1. p. cap. 24. num. 22. Sexto, requiritur bona fides in possidente; quia possessor male fidei nullo tempore prescribit: sic Rebuff. in concord. in Reb. de collationib. §. volumus sub verbo regularis. vers. secundo requiritur bona fides. Gonzalez glossa 8. num. 35. Ho. eda n. 92. Sanch. n. 26.

6 Quid dicendum de capellaniam fundatis in monasteriis regularium, & in Ecclesiis ordinum militarium D. Iacobi, S. Ioannis, Calatræ, Alcantaræ, sicut regularia beneficia, vel sacularia? Respondeo si ex fundatione constat capellaniam fundatam esse, ut per saculares Clericos administrantur, sacularia beneficia sunt. Et idem est si de facto per saculares Clericos administrantur, & non constat ex fundatione, aut prescriptioe pro regularibus esse institutas, quia tunc credendum est pro sacularibus esse fundatas.

Poste autem capellaniam in monasteriis fundari, ut per saculares Clericos administrantur, nemini esse potest dubium. Debet tamen ad illorum fundationem accedere consensus tum Ordinarij, tum conuentus: sic Lambert. 1. p. de iure parau. lib. 1. q. 3. art. 16. & q. 11. art. 7. & 2. lib. q. 7. art. 23. Garcia de benef. 7. part. cap. 10. num. 37. circa finem.

Verum si ex fundatione non constat pro sacularibus tales capellaniam esse institutas, neque etiam constat per saculares quadragenario tempore gubernatas esse, præsumenda sunt regularia beneficia; eo quod fundatæ sint in monasteriis, & conuentibus; quia non est facile præsumendum conuentum consentire, ut tales capellaniam sibi vnità à sacularibus gubernarentur: sic Rebuff. practi benef. sit. Quod duplex sit beneficium. n. 6. Malcard. de probat. concl. 17. n. 17. Manuel Rodriq. 1. tom. qq. regul. 34. art. 3. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 27. neque dissentit Garcia 7. p. de benef. cap. 10. num. 37. fin.

PUNCTVM IV.

Quæ qualitates insunt tam simplici, quam duplici beneficio.

- 1 Quid nomine dignitatis in iure intelligatur.
- 2 Quid nomine officij.
- 3 Quid nomine per onatus.
- 4 Dignitates, per onatus, & officia non concessa in titulum, non sunt beneficia.

5 Quid

- 5 Quid de vicario Episcopi, an eius dignitas sit beneficium: Dicendum est beneficium non esse.
- 6 Expenditur quid ad beneficium curatum requiratur.
- 7 Quoties de beneficio est dubium, an sit simplex, vel curatum, simplex est intelligendum.

Dixi beneficia duplicia esse dignitate, officium, personarum, & rectoriam, reliqua esse beneficia simplicia. Nomen dignitatis latissimum est; comprehendit enim quodlibet beneficium iurisdictionem habens, vel administrationem rerum Ecclesiasticarum, vel honorabiliorum locum, & sedem. Quapropter sæpe in iure officium, & personatus dignitas nuncupantur *cap. cum accessissent, de consuetudinibus*; & tradit Hostiensis. Innocentius Abbas in dicto *cap. cum accessissent*, & Abbas in *cap. de multis, de prebendis, num. 21. vers. prima conclusio*. Gonzalez ad reg. 8. *Cancel. gloss. 5. §. 11. n. 3*. Specialiter nomen dignitatis, ut ab officio, & personata distinguitur, sumi solet pro beneficio habente iurisdictionem in foro externo, ut laici colligunt ex *cap. de multis, de prebendis, & cap. 1. de consuetudinibus in 6. & multis relatis*, docet Gonzalez *supra n. 4*.

Beneficium quod officium nuncupatur, est quod rerum Ecclesiasticarum administrationem habet, quale est thesauraria, sacristia, primiceriatus, archipresbyteratus, præpositura. De quibus sunt in iure speciales tituli, & pro beneficiis Ecclesiasticis habentur, quia sunt iura spiritualia perpetua percipiendi fructus *cap. cum accessissent, de consuetudinibus, cap. 1. §. cum vero de concess. prebenda, elem. 1. verbo officia, de regularibus*. Vnde omnes qualitates, quæ beneficiis insunt, horum officiorum sunt propriae, ac proinde huiusmodi officiorum pluralitas est incompatibilis, ex *cap. de multis, de prebendis, & ex exar. exarabilibus, eodem titulo*. Item in iis habet locum regula de infirmis religionibus, & reg. 21. Cancellaria de imperantibus beneficia vivendum. Item regula de annali, & triennali possessione, & alia similes, ut notavit Gonzalez ad reg. 8. *Cancel. gloss. 5. §. 11. n. 5*.

Idem quod dictum est de iis officiis beneficiis, dicendum est de beneficiis, quæ personatus vocantur, quæque specialem aliquam prerogativam in electionibus, suffragiis, sententiis, loco, & sede habent, dummodo perpetua sint, & ius habeant fructus percipiendi, a iis Ecclesiastica beneficia non erunt. Idem, & eadem ratione de beneficiis parochialibus, & curatis procedit, si inquam beneficia non dentur in titulum, secus e contra.

Hæc sit dignitates, personatus, & officia, quæ non conceduntur in titulum, beneficia non esse, tamen iurisdictionem habeant.

Hæc sunt omnia rectoria, & præpositura ordinis religiosorum. Nam Generalis, Provincialis, Prior, Rector, Guardianus dignitatem habent, quæ est officium, sed non quæ beneficium sit, cum non sit ius perpetuum percipiendi fructus, sed solum sit ius, & regulariter temporale gubernandi, & regendi collegas, & res Ecclesiasticas administrandi. Ex quo fit posse eligi in iudicibus confessoribus Apostolicis, iuxta textum in *cap. 1. 2. & 3. de officio iudicis delegati in 6*. Item posse illis delegari causas à Pontifice Romano, iuxta textum in *cap. statuum de rescriptis in 6*, & notavit Azor. 2. p. *instit. moral. lib. 3. c. 13. quas 7*. Qui vero non proprio nomine, & officio domum gubernant, sed alieno, ut sunt subprior, vicarij, vicerectores, viceminiistri, vel vice præpositi dignitatem non habent, cui hæc munera, & officia committi possunt, sic Azor. *supra*.

Solum de vicario, seu officiali Episcopi est aliquod dubium, an dignitas sit non solum muneris, & officij, sed etiam beneficii; si quidem est ius percipiendi fructus, & de se perpetuum, tamen in vicario non perpetuetur. Ceterum dicendum est esse solum dignitatem muneris, & officij, non beneficii. Prior pars constat; quia ius Clericis dicit, & res Ecclesiasticas cum iurisdictione administrat. Secundam proba; quia tale munus perpetuum non est, cum extingui ab Episcopo possit. Non enim remoto vicario tenetur Episcopus alium subrogare, neque vicariatus morte vicarij, aut remotione ab officio permanet; sed finitur, & perit. Neque item percipit fructus ex vicariatu, sed ex officio, & munere, & tanquam illius stipendia; sic Azor. *dicta lib. 3. c. 1. quas 8*. Idem quod dictum est de vicario, dicendum est de Cancellario academiarum auctoritate Pontificia approbata, habere inquam dignitatem, quæ sit munus, & officium, cuique Pontificia causa delegari possunt, non tamen esse dignitatem quæ sit beneficium. Nam est talis dignitas perpetua sit, non tamen est ius spirituale percipiendi fructus ab institutione canonica; sic Azor. *g. 9*.

Rursus de beneficiis curatis est maior dubitatio, quæ sit eorum qualitas, & essentia? Non enim ex eo quod populum regas, sacramenta ministres, curatum beneficium habes, cum possis alieno nomine, vel absque institutione hæc omnia facere. Quapropter ad curatum beneficium necessario habere debes potestatem administrandi sacramenta proprio nomine ex obligatione beneficii accepti, *cap. extirpanda §. qui vero de prebendis*; & tradit Staphileus de *lit. gratia, tit. de qual. & statu beneficiorum num. 7. 8. 9. & 10. Gomezius in reg. de inchoate quas 21. n. 4. 4. Ioann. Gutier. alleg. 8. num. 4. Gonzalez ad reg. 8.*

Cancel. gloss. 6. à num. 34. Ioann. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 3. c. 12. quas 3. Notanter dixi nomine proprio, & ex obligatione beneficii accepti, ut sic declararem te non esse rectorem, & curatum, si tibi Episcopus committat sacramentorum administrationem alicuius Ecclesie non in titulum, sed in commendam, qualiter solet fieri in diecesi Calagurritana, & aliis, ubi in omnibus Ecclesiis parochialibus adsunt plures beneficiati; nullus tamen illorum est parochus; quia nullus in parochum instituitur, sed Episcopus est omnium illarum Ecclesiarum pastor & rector, qui vobis ex beneficiis designat, ut nomine ipsius sacramenta ministret. Hic ergo designatus parochus non est, quia non est institutus, ut nomine proprio sacramenta administrat; sic cum aliis docet Gonzalez. *gl. 6. à num. 65*. Neque item censendus est curatus, qui obligationem non habet per se administrandi sacramenta, sed nominandi, vel instituendi vicarium perpetuum, qui obligationem habeat sacramenta ministrandi, quales solent esse plures prioratus Ecclesiarum regularium; vicarius autem institutus; quia nomine proprio sacramenta non ministrat, sed tanquam Prioris vices gerens, ea de causa curatus proprie non est.

Tandem aduerto; quoties de beneficio dubium est: an sit curatum, vel simplex, simplex est reputandum; tot enim qualitates ad beneficium curatum requiruntur, ut merito præsumi non debeant, nisi probentur: sic Ioann. Gut. *alleg. 8. num. 5. Staphileus de lit. gratia, tit. de qual. & statu beneficiorum. §. ut non possit. n. 2. Hojeda de incompatibilit. 1. p. q. 13. n. 2. in fin. Gonzalez. gl. 6. n. 91*.

Quibus autem conferenda sunt tum dignitates, & officia, & personatus, tum beneficia simplicia curata, tum simplicia, quæque conditiones haberi debeant, in sequentibus dicemus.

PUNCTUM V.

Quæ sint qualitates beneficii perpetui, & manualis.

- 1 Beneficium perpetuum à beneficiato amoveri non potest.
- 2 Manualia beneficia absque causa reuocari non posse qualiter probetur.
- 3 Valet reuocatio absque causa, neque beneficiatus aduersus remouentem conueniri potest.
- 4 Non potest spoliatus contradicere prælato spoliati.
- 5 Illicite tamen prælatus reuocat, si causa nulla subsistat, raro tamen id præsumi potest.
- 6 Supradicta procedunt in beneficiis, quæ pleno iure subduntur prælato reuocanti.
- 7 Satis argum. n. 2. adductis.
- 8 Spoliatus non potest agere actione spolij aduersus spoliantem, si et beneficium pleno iure subditur.
- 9 Fæcta promissione non reuocandi, adhuc valde reuocare potest.
- 10 Negant aliqui illicite te reuocare, si causa iusta subsistat.
- 11 Sub distinctione respondetur.
- 12 Quid si iuramento firmare promissionem?
- 13 Quid si à Pontifice esset confirmata illius beneficii collatio?
- 14 Quid si iure deuoluto conferretur?
- 15 Beneficium manuale alicui à Pontifice collatum pro eius vita, reddi postea manuale sicut prius.
- 16 Beneficium manuale non censetur reuocatum morte concedentis.
- 17 Beneficia secularia præsumuntur perpetua, contra regularia.
- 18 Ecclesia parochialis unita monasterio non est censenda beneficium manuale, sed vicaria perpetua.
- 19 Aliqui negant beneficium manuale fieri posse perpetuum præscriptione, vel consuetudine.
- 20 Alij e contra affirmant.
- 21 Conciliantur supradictæ sententiæ.

Præcipua qualitas beneficii perpetui est, ut non possit amoveri à beneficiato, nisi ex causis à iure expressis. E contra qualitas manualis beneficii est, quod amoveri possit ad nutum, & voluntatem conferentis, *cap. cum ad monasterium. §. tales. de statu monach. cap. 1. §. fin. de privilegiis in 6*; ubi et liberè possint ad eadem monasteria reuocari.

Dubium tamen est; an possint manualia beneficia ita ad nutum, & voluntatem conferentis reuocari, ut absque vlla legitima causa id fieri possit? Et dubium procedere potest tam de valida reuocatione, quam de licita.

Et quidem prælarum illicite, & inualidè procedere sic reuocando, eiusque reuocationem posse à superiore impediri probatur; quia in *cap. cum ad monasterium*, ubi Abbati datur facultas remouendi religiosum à beneficio, dicitur id esse faciendum cum oportuerit. Et idem traditur in *elem. unica §. præmissa. de supplend. neglig. prælati*. Sed remouere absque causa non oportet. Ergo neque licet, neque valet talis remotio. Secundo; qui absque legitima causa beneficium remouet, malitiosè procedit, sed non est credendum malitiosè agere iura. Ergo neque est credendum, hæc à iure approbati remotionem. Tertio; quia sic spoliatus potest implorare officium superioris, ut restituatur, &

de facto testatur Gonzal. gl. 5. §. 6. num. 42. contigisse in quodam Clerico, qui ab ordinario signatus fuit vicarius ad nutum vnius Ecclesie: quem tamen paulo post ordinarius remouit. Hic ergo appellauit ad Metropolitanum de supradicta remotione, & Metropolitanus decreuit remotionis irritauit, & inhabitauit dictum presbyterum in dicto vicariatu. Ergo absque vlla causa fieri non potest talis remotio: & ita docet Zuallos *com. contra. com. quast. 425. in fine.* Cardinal. Tuschus *lit. B. concl. 55. num. 8.*

3. Ceterum valere reuocationem absque causa, neque posse talem beneficiarium aduersus remouentem conueni, tenent, innumeris referentes, Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 46.* Thom. Sanch. *lib. 7. in decal. cap. 29. num. 111.* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 12. num. 98.* Azor. *1. i. instit. lib. 12. c. 9. quast. 8. cap. 9. quast. 20. et 1. 2. lib. 3. cap. 26. quast. 2. 13. et 14.* Nicol. Garcia *1. p. de benefic. c. 2. a num. 87. et seqq.* Francisc. Suar. *1. 4. de relig. lib. 3. cap. ult. num. 21.* Ratio est manifestissima: quia beneficiarius possidere non potest tale beneficium, nisi pro tempore, quo non fuerit ab eo reuocatum; quia solum pro illo tempore fuit illi concessum. Ergo facta reuocatione iam non habet vltra possidendi. Et confirmo: possessio concessa pro tempore limitato, illo transacto cessat, *leg. imperator. leg. statu libri. 2. §. 5. stichum. ff. de legat. 2.* Sed beneficij manualis possessio solum conceditur pro tempore, quo conferens non reuocauerit. Ergo facta reuocatione cessat possessio.

4. Hinc fit nullo modo posse spoliatum absque vlla causa contra dicere spoliati prelati; quia nullam iniuriam patitur in tali spoliacione, neque potest ad superiorem recurrere, vt iniustitiam reparat, cum nulla facta sit; sed ad summum vt ex officio impediatur malitiosam reuocationem: sic tradit Innocent. *in cap. insinuante. sub num. 2. vers. nisi concurrerit casus. Qui clericus, vel vnuentes:* vbi dicit: si occurreret casus, in quo Abbas, vel superior vellet ex malitia remouere monachum a loco, quem ei deputauit, posset supplicari superiori, & superior eum audire deberet ad similitudinem ferri, vt in *leg. 1. Co. de precibus imper. offerend. et §. sed et maior. instit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, consenti. Rebuff. tract. de pacific. possessor. num. 275. vers. secundo intelligere.*

5. Verum est supradicta reuocatio sine causa facta valida sit, tamen sine dubio illicita est: Tum quia generale est quemlibet obligatum esse in suis actionibus finem honestum habere. Tum quia hec sine variatio rectorum solet esse damnosa. Ergo vt huiusmodi periculum honestetur, graui causa moueri debet prelatas, sic tenent Innoc. Rebuff. Suar. & alij supra. Causa autem rationabilis (inquit Suar.) est non tantum culpa aliqua beneficiarii, sed quaeunque vtilitas, vel commoditas Ecclesie, seu religionis, si beneficiarius sit religiosus. Quia haec remotio non est pena, neque actus iustitiae vindictivae, sed prudentis regiminis beneficii; & subdit. Quapropter raro constare potest superiorem reuocantem ex rationabili causa non moueri, quia raro constare potest subito, vel Ecclesie hanc remotionem non esse vtilem. Dum autem non constat prelatum reuocantem malitiose procedere, non debet ab eius superiore reuocatio cassari, sed potius sustineri, Suar. *dicto lib. 3. cap. 19. num. 20.* Constaret vero de malitia, si pendente accusatione, vel inquisitione aduersus beneficiarium fieret remotio, vel si contra consuetudinem receptam, ne beneficiarius intra tantum tempus remoueretur, absque aliqua culpa remoueretur, quia de culpa constaret; quia tunc remotio cederet in infamiam beneficiarii sic Nauarr. *conf. 2. de Regular. num. 66. vers. addo ostiario. Suar. num. 20.* Gonzalez *gl. 5. §. 6. num. 48.* Vel tandem si ad instantiam beneficiarii fieret inquisitio aduersus prelatum, quia tunc praesumi potest ex animo vindictae remotionem facere: sic Nauarr. *supra Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 115.*

6. Supradicta procedunt in beneficiis manualibus, quae pleno iure subduntur prelati reuocanti. Contingere namque potest, vt beneficium manuale sit, & in ipso religiosum praefici, neque tamen posse a prelati regulari dimoueri; quia non pleno iure conuenitur subdit, sed potius Episcopo eius electionem approbanti, & confirmanti; ac prouide solum ex potestate Episcopi remoueri poterit: sic Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 22. quast. 10.* Sanch. *cap. 29. num. 118.* Et seqq. Suar. *lib. 3. cap. 19. num. 23.*

7. Argumenta num. 2. adducta facile ex iis soluuntur. Concedo enim remotionem absque legitima causa illicitam fieri, tamen valide; quia valor reuocationis non pendet ex causa, sed ex voluntate reuocantis; secus vero licitus eius usus. Quando autem constat illicitam, & malitiosam fieri reuocationem, superior reuocantis illam cassat, vt contigit in casu illius presbyteri, maxime quia tunc non fuit eius reuocatio cassata ob interesse proprium, sed ob populi vtilitatem, qui ad Metropolitanum accessit, conueniens sibi fieri graue damnum in tali remotione.

8. Hinc constat, non posse spoliatum agere aduersus spoliatorem, cui in beneficio pleno iure subditur actione spolij. Quia haec actio conceditur, quando iniustitia, & iniuria committitur in spolio. At spoliatus, tamen malitiosus procedat, iniustitiam in spolio non committit; quia vitium iure suo. Ergo spoliatus non potest aduersus illum actionem spolij intentare sic Suar. *dicto cap. 19. num. 21.* Sanch. plures referens, *lib. 7. in*

decal. cap. 29. num. 15. Potest tamen, vt iam dixi, officium superioris implorare, & hac via reuocationem malitiosam impedire: sic supradicti doctores.

9. Difficultas autem est; an si prelati, cui pleno iure subditur beneficium manuale, promiserit non reuocatum, adhuc non obstante promissione possit reuocare? Breuiter respondeo, validè reuocare posse; quia per hanc promissionem non mutatur beneficij manualis natura, quae est vt pro voluntate conferentis remoueri possit: sic plurius firmat Sanch. *lib. 7. in decal. cap. 29. num. 125.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 6. num. 41.*

10. An vero illicitè reuocatio fiat? Negat Sanch. & Gonzalez plures referentes; quia haec promissio, vtpote naturae beneficij manualis contraria, nullas vires habet, sicuti si fieret promissio non reuocandi testamentum, vel precarium, nulla est talis promissio; quia est contra naturam testamenti, nulla est talis promissio; quia est contra naturam testamenti, nulla est talis promissio, leg. cum precario 12. ff. de precariis. Econtra affirmant Nauarr. *lib. 3. confil. in 1. edit. de regularibus. conf. 20. num. 12. 13. et 14. in 2. edit. tituli de statu monacho. confil. 14. n. 12. et seqq.* Manuel. *quast. regul. tom. 3. q. 29. artic. 9.* Mouentur; quia ex illa promissione obligatur prelati saltem naturaliter beneficiario, tamen religiosus sit. Ergo peccat violans talem promissionem.

11. In hac re distinguendum censco. Si promissio fieret non reuocandi absolute, vel non reuocandi, tamen causa honesta intercedat, quae alias reuocationem honestat possit, nulla esset talis promissio ob rationem dictam; quia esset contraria naturae beneficij manualis; at si promissio fieret non reuocandi absque causa legitima; licita esset, & valida talis promissio, quia est iuri conformis. Vnde si non obstante tali promissione sit reuocatio, illicitè fit, sicuti fieret non posita promissione.

12. Sed quid si iuramento hanc promissionem firmasset, & illo non obstante reuocares? Respondeo valet reuocationis quia iuramentum beneficij naturam non mutat. Sanchez *num. 118.* Gonzalez *gloss. 5. §. 6. num. 4.* Eius tamen peius in omnibus illis casibus, in quibus alia obligatus non esset reuocationem facere; quia pro omnibus illis videtur iurasse, & consequenter ex iuramento obligatus non reuocare.

13. Quid si confirmata esset a Pontifice illius beneficij collatio, possente tunc conferens, cui alias pleno iure beneficium subditur, beneficium remouere? Respondeo, si simpliciter confirmat, posse; quia tunc illa confirmatio est quaedam collationis factae approbatio, nec naturam beneficij immutat. Secus vero si ex certa scientia confirmat in titulum perpetuum, quod alia est manuale: quia cum omnia beneficia Pontifici subdantur, potest ipse illorum naturam alterare; sic Rebuff. *de pacific. possessor. num. 279.* Sanchez *lib. 7. cap. 29. num. 129.* Gambara *de officio legat. lib. 4. cap. 1. num. 18.* Gonzalez *gloss. 5. §. 6. num. 25.* In dubio autem nunquam censetur Pontifex sic beneficij manualis collationem confirmare, vt impediatur in conferente potestatem remouendi, sic Gambara *supra.* Gonzalez *num. 28.*

14. Idem quod dictum est de confirmatione, dicendum est de prouisione, siue ex iure deuoluto, siue ex proprio fit. Et quidem quando ex iure deuoluto ob negligentiam conferentis Pontifex confert beneficium manuale, certum est, inegrum esse conferenti beneficium remouere; quia tunc Pontifex non aliter confert, quam debet conferens conferre; quia supplet eius negligentiam, & praestat quod praestare ipse tenebatur; quodque manifestè constat ex *elem. vnic. vers. praemissa. de suspend. neglig. praes. et ibi glossa.* Si autem Pontifex nomine proprio, & tanquam omnium beneficiorum distributor beneficium manuale alicui conferat, tamen plures doctores censent, quos refert Sanchez *lib. 7. in decal. cap. 29. num. 135.* eo ipso perpetuari in beneficio pro toto vitae suae tempore, neque posse ab alio, quam a Pontifice auferri, nisi ex causis, ex quibus beneficium de se perpetuum remoueri potest. At probabilis censco, adhuc manuale esse & ad nutum amobile, nisi Pontifex ex certa scientia illud conferat, & declaret in perpetuum conferri, quod in dubio non praesumitur: sic plurius relatis, Sanchez & Gonzalez *supra.* & addit Gonzalez *num. 28.* ad hunc effectum emanasse *reg. 3. alias 37.* Cancellariae dicens: *item voluit, et ordinavit, quod si aliqui religio si perant aliquod beneficium ad nutum amobile cum clausula, quod extendit pro solo nutu Abbatis, vel superioris amoueri non possint, licet et quoad ipsam clausulam nullatenus expeditur, nisi idem Dominus noster ponat in signatura, quod non possit amoueri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.*

15. Tria tamen sunt aduertenda. Primo beneficium manuale sic a Pontifice ex certa scientia in perpetuum alicui collatum, cum primum vacauerit per mortem, vel resignationem, reddit manuale, sicut erat prius. Quia Pontifex sic conferens non mutat beneficij naturam absolute, sed solum suspendit pro vna beneficiarii reuocationem. sic Rebuff. *de pacific. possessor. n. 279.* Selua *de benefic. 3 part. q. 11. num. 131.* plures referens Sanchez *lib. 7. cap. 29. num. 141.*

16. Secundo aduerto, beneficium manuale non censeri reuocatum morte concedentis; quia mors non reuocat voluntatem praecedentem, *cap. si delegatus. de officio delegati. in 6.* sic Abbas *cap. fin. notab. 3. num. 6. de Precariis.* Decius *in cap. ad nostrum in fine. de confirmat. vili. vel inutili.* Rebuff. *tract. de pacific. possessor.*

PUNCTUM VI.

Expenduntur qualitates, & conditiones capellaniarum.

1. *Quotupliciter ha capellania instituantur.*
 2. *Quando censantur capellania auctoritate Episcopi erecta.*
 3. *An ex consensu patroni Episcopi auctoritate capellania esse possit beneficium Ecclesiasticum, cum tamen à principio non fuerit auctoritate Episcopi fundata.*
 4. *Capellania laica cuilibet, & in qualibet aetate constituto conferri possunt.*
 5. *Capellania laica non obligant ad horarum recitationem.*
 6. *Ad titulum capellaniae laicae nemo ordinari potest.*
 7. *Fundator capellaniarum laicarum statuere potest, ne ordinarius in earum provisione, aut visitatione se intromittat.*
 8. *Etiam in capellaniis Ecclesiasticis excludere potest ordinarius à visitatione.*
 9. *Quando expresse ordinarius à fundatore non excluditur, non debet censeri exclusus.*
 10. *Ex capellaniis laicis non debetur subsidium, tamen si à Clericis possideantur.*
 11. *An in capellaniis, in quibus fundator dicit, ut presbyteris conferantur, possint conferri Clericis minorum ordinum? Affirmant plures.*
 12. *Contrarium est probabilius.*
 13. *Satisfit opposita rationi.*
 14. *Limitanda est doctrina in provisionibus Apostolicis pro statutis Ecclesiarum cathedralium & collegiarum, secus pro ordinatione fundatoris.*
 15. *Quid si fundator diceret, Instituat capellanus, qui missas celebret, valebitne institutio non sacerdotis? Proponitur prima sententia negans.*
 16. *Secunda sententia requirit qualitatem sacerdotij in presentando, non actu, sed aptitudine.*
 17. *Tertia conciliat supradictas duas sententias, distinguens de fundatione facta à laico, vel Ecclesiastico.*
 18. *Quarta sententia probabilior affirmat, ex supradictis verbis non inferri; nec actu, nec aptitudine proximè sacerdotium.*
 19. *Duæ limitationes huic ultima sententiæ apponuntur.*
 20. *An capellania actu, vel habitu sacerdotali possit ex consensu patroni una, vel altera vice clerico r. a. annorum conferri. Ex consensu fundatoris fieri potest non solum semel, sed in perpetuum.*
 21. *Ex consensu patroni affirmant plures.*
 22. *Contrarium est dicendum.*
 23. *Qualiter ex consensu ordinarij onera capellaniarum minus possint, cum redditus sunt diminuti, & insufficientes videntur.*
 24. *Non tenetur ad hanc diminutionem faciendam expectare synodum congregari.*
 25. *Obligatus aliquibus diebus celebrare, an obligetur per substitutum, quando ipse impeditus est? sub distinctione respondetur.*
 26. *Obligatus celebrare in determinata Ecclesia, & altari, si saepius alibi absque causa legitima celebret, peccat mortaliter.*
 27. *An teneatur hic missas compensare, etiam si alibi dixisset, Probabilius est teneri.*
 28. *Raro, vel nunquam est gravis culpa loco missæ defunctorum ex fundatione signata aliam votivam, vel illius diei dicere.*

1. *Quotupliciter ha capellania instituantur.*
 2. *Quando censantur capellania auctoritate Episcopi erecta.*
 3. *An ex consensu patroni Episcopi auctoritate capellania esse possit beneficium Ecclesiasticum, cum tamen à principio non fuerit auctoritate Episcopi fundata.*
 4. *Capellania laica cuilibet, & in qualibet aetate constituto conferri possunt.*
 5. *Capellania laica non obligant ad horarum recitationem.*
 6. *Ad titulum capellaniae laicae nemo ordinari potest.*
 7. *Fundator capellaniarum laicarum statuere potest, ne ordinarius in earum provisione, aut visitatione se intromittat.*
 8. *Etiam in capellaniis Ecclesiasticis excludere potest ordinarius à visitatione.*
 9. *Quando expresse ordinarius à fundatore non excluditur, non debet censeri exclusus.*
 10. *Ex capellaniis laicis non debetur subsidium, tamen si à Clericis possideantur.*
 11. *An in capellaniis, in quibus fundator dicit, ut presbyteris conferantur, possint conferri Clericis minorum ordinum? Affirmant plures.*
 12. *Contrarium est probabilius.*
 13. *Satisfit opposita rationi.*
 14. *Limitanda est doctrina in provisionibus Apostolicis pro statutis Ecclesiarum cathedralium & collegiarum, secus pro ordinatione fundatoris.*
 15. *Quid si fundator diceret, Instituat capellanus, qui missas celebret, valebitne institutio non sacerdotis? Proponitur prima sententia negans.*
 16. *Secunda sententia requirit qualitatem sacerdotij in presentando, non actu, sed aptitudine.*
 17. *Tertia conciliat supradictas duas sententias, distinguens de fundatione facta à laico, vel Ecclesiastico.*
 18. *Quarta sententia probabilior affirmat, ex supradictis verbis non inferri; nec actu, nec aptitudine proximè sacerdotium.*
 19. *Duæ limitationes huic ultima sententiæ apponuntur.*
 20. *An capellania actu, vel habitu sacerdotali possit ex consensu patroni una, vel altera vice clerico r. a. annorum conferri. Ex consensu fundatoris fieri potest non solum semel, sed in perpetuum.*
 21. *Ex consensu patroni affirmant plures.*
 22. *Contrarium est dicendum.*
 23. *Qualiter ex consensu ordinarij onera capellaniarum minus possint, cum redditus sunt diminuti, & insufficientes videntur.*
 24. *Non tenetur ad hanc diminutionem faciendam expectare synodum congregari.*
 25. *Obligatus aliquibus diebus celebrare, an obligetur per substitutum, quando ipse impeditus est? sub distinctione respondetur.*
 26. *Obligatus celebrare in determinata Ecclesia, & altari, si saepius alibi absque causa legitima celebret, peccat mortaliter.*
 27. *An teneatur hic missas compensare, etiam si alibi dixisset, Probabilius est teneri.*
 28. *Raro, vel nunquam est gravis culpa loco missæ defunctorum ex fundatione signata aliam votivam, vel illius diei dicere.*

1. *Quotupliciter solent beneficia capellaniae nuncupata institui. Primo sola voluntate instituentis. Secundo auctoritate ordinarij. Deinde institui possunt ad nutum amobiles, vel in perpetuum. Quando sola instituentis voluntate absque Episcopi, vel alterius superioris auctoritate instituantur, non sunt beneficia Ecclesiastica; quia iure nihil aliud sunt, quam quadam legata relicta cum obligatione dicendi tot missas, vel tot preces recitandi: sic Gonzalez super reg. 8. Cancellar. gloss. 5. num. 20. Saizedo in pract. cap. 18. num. 9. Nauarr. conf. 5. & 7. de prebend. Nicol. Garcia 1. part. de benefice. cap. 2. num. 82. At si auctoritate Episcopi erigantur, & in perpetuum conferantur, beneficia Ecclesiastica erunt proprie, si tamen non in perpetuum, sed ad nutum conferantur, improprie beneficia erunt.*
 2. *Quod si inquiras, quando censantur capellaniae auctoritate Episcopi erectae, quando sola instituentis voluntate fundatae, & consequenter quando censantur Ecclesiasticae, quando laicae? Respondeo impediendum esse vltimum statum: nam si*

ex illo constat esse ordinarium in quasi possessione conferendi dictam capellaniam, beneficium Ecclesiasticum reputandæ erunt. Si tamen absque autoritate Ordinarij patronus designat capellanum, reputandæ erunt sola instituentis voluntate fundata, cum de proprietate non constat: vltimus enim beneficij status tribuit quasi possessionem. Sic Garcia 1. p. de benefic. cap. 2. num. 114. Gonzal. gloss. 5. à num. 51. Verum si de proprietate controuersia moueatur, & non constat Ordinarij in fundatione assensum præbuisse, neque successu temporis contulisse, reputandæ sunt capellaniæ laicæ, & non Ecclesiasticæ; quia assensus Ordinarij, & illius auctoritas cum sit res facti, & qualitas extrinseca, non præsumitur, nisi probeur sic Mascard. de probat. concl. 1354. num. 1. Gonzal. gloss. 5. num. 57. & probat lex si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sui iuris cogantur. Quod si constet aliquando Ordinarij contulisse, aliquando patronum absque Ordinarij, reputandæ sunt Ecclesiasticæ. Tum quia in casu dubio Ecclesiæ fauendum est. Tum quia credi non debet Ordinarij interposuisse auctoritatem suam, nisi id licite facere possit, vel ex fundatione, vel ex patronorum consensu: sic Rebuff. tract. de pacifice. poss. num. 349. Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 1. num. 54. & 58. Garc. de benefic. 1. part. cap. 2. num. 113.

3 An autem capellania instituta absque Episcopi autoritate possit ex consensu patroni in beneficium Ecclesiasticum erigi? dubium est. Et quidem si voluntas testatoris non contradicit, poterit id fieri; quia talis erectio est tum fundatori, tum Ecclesiæ fauorabilior; cum hac enim omnia bona melius conferuntur, & capellania firmior perseverat: sic Salzedo pract. cap. 18. num. 9. Garcia 1. part. de benefic. cap. 2. num. 108. & Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. 5. num. 8. vbi adducit decisionem Rotæ 1112. lib. 3. part. 3. diuers. Voluntas testatoris contradicere non censetur ex eo, quod in testamento mentionem Ordinarij non fecerit, sed solum dixerit: se instituire, & fundare quandam capellaniam, seu annuatium perpetuum missarum ex suis bonis, quem capellanum prouideant sui hæredes, & successores. Ex vi enim huius clausulæ non excludit Ordinarij; imo potius præsumendum est velle, vt Ordinarij suam auctoritatem interponat, & beneficium Ecclesiasticum instituat: sic Garcia 1. part. cap. 2. num. 109. & 110. At si fundator dixerit se nolle, vt Ordinarij in tali prouisione se intromitteret, nequaquam poterit Ordinarij etiam ex consensu patroni eam capellaniam in beneficium Ecclesiasticum erigere; quia est contra expressam testatoris voluntatem; quæ omnino seruanda est. clement. Quia contingit. vers. cum tamen a. de Religiosis domib. Trident. sess. 22. cap. 9. & tradit Mandos. reg. 34. quæst. 11. num. 2. Zeuallos com. contra com. quæst. 282. numer. 23. 28. & 29. Garcia 1. part. cap. 2. num. 105. & seqq. vbi pluribus decisionibus comprobatur Gonzalez gloss. 5. à num. 44. Idem censio, si de facto fundator viuens capellaniam instituit, & ad effectum reduxit ponendo capellanum Ordinarij i requisito; nam illa fundatione elatè ostendit se nolle beneficium Ecclesiasticum instituire; non igitur poterit ex consensu patroni eius voluntas immutari: sic Garcia dicto capite 2. numer. 111.

4 Ex diuersitate harum capellaniarum aliqua inferuntur. Primo inferuntur capellaniæ laicæ cuiuslibet, & in qualibet ætate constituto conferri posse, modo voluntas fundatoris non obstat: quia nihil de iis in iure est dispositum; sicus Ecclesiasticas capellaniæ, siue in perpetuum, siue ad nutum amobiles, quæ dari non possunt, nisi clericis habentibus ætatem 14. annorum: sic Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. 5. num. 27.

5 Secundo inferuntur, capellaniæ laicæ non obligare ad horarum recitationem; quia beneficia Ecclesiastica non sicut aliis relatis Gonzalez supra, num. 30. Secus dicendum de capellaniis Ecclesiasticis in titulum perpetuum datis; quia sunt propriè beneficium.

6 Tercio inferuntur, ad titulum capellanæ laicæ neminem ordinari posse, tanquam ad titulum beneficij; quia beneficium non est; at si perpetua sit, ordinari poterit ad illius titulum, tanquam ad titulum patrimonij: sic Salzedo pract. cap. 18. num. 9. Gonzalez gloss. 5. num. 31. Garcia 1. part. de benefic. cap. 2. num. 112. At si capellanæ Ecclesiasticæ sint, distinguendum est, si sint perpetuæ, & congruæ sustentationi Clerici sufficienti; poterit ad illarum titulum quis ordinari, scetus verò si sint ad nutum amobiles; quia titulus, ad quem quis ordinatur, debet esse tam ex parte dantis, quam recipientis perpetuus, vt satis colligitur ex Trident. sess. 21. cap. 2. de reformat. Salzedo pract. cap. 18. num. 8. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 2. Garcia, alios referens, 1. part. de benefic. cap. 2. num. 83. Quod si quis ex consensu patroni ad titulum capellanæ amobilibus ordinetur, existimat Piatecus in praxi Episc. 1. part. cap. 1. num. 45. licitè id fieri posse, neque posse à capellania remoueri, nisi assignata alia congrua portione, ex qua sustentetur. At nullatenus est admittendum; quia Ordinarij, etiam consentiente patrono, potestatem non habent alterandi, & mutandi fundatoris voluntatem, & consequenter faciendi, vt capellaniam amobilibus ad nutum, definit esse talis, & in ordinato perpetua, vt late probat Garcia 7. part. de benefic. cap. 1. à num. 107. & videtur

decidi clement. quia contingit. de religiosis domib. & Trident. sess. 25. cap. 5. de reform.

7 Quarto inferuntur fundatorem capellaniarum laicarum statuere posse, ne se Ordinarij in earum prouisione, & visitatione intromittat, & seruandum est. argum. leg. in re mandata. Cod. mandati. tradit Covarruias 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. n. 20. Garcia 1. part. de benefic. cap. 2. num. 105. Gonzalez gloss. 5. num. 41. & seqq. & constat ex Trident. sess. 22. cap. 9. de reformat. ibi, nisi secus forte institutio, vel ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset. At si capellaniam Ecclesiasticam fundet, nequaquam potest Ordinarij ab eius prouisione excludere, neque ipse Ordinarij potest tali institutioni consentire; quia est contra naturam beneficij Ecclesiastici, quod debet institutione canonica conferri. Reg. beneficium, de Reg. iuris in 6. Sic Lanberin. de iure patron. lib. 1. c. 1. quæst. 9. principalis in princ. num. 4. Covarruias in 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 20. Garcia 1. part. de benefic. cap. 2. num. 57. Neque mihi probatur, quod tradit Gonzalez gloss. 5. num. 47. & 48. non posse inquam Ordinarij in capellaniam eius auctoritate fundatam se intromittere, si in limine fundationis tali conditioni consensit. Quia Ordinarij alterare non possent qualitates à iure communi pro beneficio requisitas, vna autem, & præcipua est canonica institutio. Ergo ex consensu Ordinarij hæc excludi non potest. Quapropter si fundator à prouisione capellanæ excluderet Ordinarij; eo ipso censeri debet non habuisse capellaniam Ecclesiasticam etigere, sed laicam. Garcia supra, num. 97. in fine.

8 Quod si de visitatione loquamur, bene potest fundator in capellaniam laicam, tum Ecclesiasticam, & collatis statuere ne ab Ordinarij visitentur; quia visitatio non est qualitas beneficij annexa, & quilibet in dispositione suarum rerum statuere eas condiciones potest, quæ tali dispositioni contrarie non sunt: colligitur ex Trident. sess. 22. cap. 8. & 9. de reformat. & declarat Paulus V. 7. Aprilis, anno 1606. in fauorem Commis de Oropela contra Episcopum Abulenlem, vt testatur Garcia 1. part. de benefic. cap. 2. num. 78. Nunquam tamen censetur Ordinarij exclusus in casu negligentæ. Tum quia effectus exclusio irrationabilis, & improinde non sustentenda. Tum quia in iis casibus procedit Ordinarij, vt scilicet Apostolica delegatus, Garcia supra.

9 Quando autem fundator expressè Ordinarij in visitatione non excludit, censeri non debet exclusus, siue capellania Ecclesiastica sit, siue laica, quia quocunque modo fit, est opus pium, & religiosum ac prouide visitationi Ordinarij subiectum, vt satis ex Trident. colligitur sess. 22. cap. 8. & 9. Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. num. 45. tamen num. 35. contrarium videtur sentire Nicol. Garcia de benefic. 1. part. cap. 2. num. 104. Ex eo tamen præcisè quod alicui ab Ordinarij committitur in fundatione visitatio, censeri non debet Ordinarij exclusus; quia hæc commissio Ordinarij potestati non derogat, cum statè optime possit cum illa. Nullusque censeri potest à iure concessisse velle derogare, nisi id clarè exprimat: sic Garcia numero 99. & testatur à sacra Concilij congregatione decisum.

10 Quinto inferuntur ex capellanis laicis non deberi subsidium, tamen si Clericis possideantur: sic Garcia de benefic. 1. part. cap. 2. num. 107. & 5. part. cap. 1. num. 613. sine Ratio est, quia non sunt redditus, & prouentus per se Ecclesiastici, sed solum sunt Ecclesiastici ratione persone. At subsidium impositum est super redditus, & prouentus per se Ecclesiasticos, vt constat ex verbis bullæ Pij IV. & V. & Clem. VIII. dicentium super omnium, & singularum cathedralium etiam metropolitana- rum, & collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, & capellaniarum conuentualium, & aliarum mensurarum fructibus, & redditibus, & prouentibus. Ergo huiusmodi capellaniæ cum non sint prouentus alicuius Ecclesiæ, sed determinatæ persone, exemptæ sunt à tali onere. Alias ex bonis vincularis sub onere missarum deberetur subsidium, quod non est dicendum. Dices, cum fundator relinquat aliqua bona determinata possidenda per Clericum, Ecclesiæ censetur relinquere. leg. Annua. §. Asia. ff. de annuis legat. & sub Ecclesiæ tutela, & regimine continetur, cap. nonerint. 10. quæst. 1. Sed cum capellaniam laicam instituit, relinquat bona possidenda per Clericum, quem patronus designauerit, siue Clericus sit alicuius Ecclesiæ, siue non. Quando bona relinquuntur possidenda per Clericum alicuius Ecclesiæ determinatæ, tunc verum est bona Ecclesiastica esse, & subsidium ex illis deberi; quia non tam Clerico, quam Ecclesiæ censentur illa bona relictæ. Secus vero, quando Clerico à patrono designato conceduntur. Ex capellanis autem Ecclesiasticis, seu collatiuis in perpetuum, & ad nutum amobilibus subsidium debetur; quia hæc Ecclesiastica bona sunt, & expressè traditur à Clem. VIII. in sua constit. de hac re edita 24. Februar. anno 1604. ibi, æquè ac collij titules supradicti. Et notatur Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 6. num. 16. Garcia de benefic. 1. part. cap. 2. num. 82. & Paul. V. in alia constit. 13. Nouemb. anno 1609. quam referet Perez de Lara in compendio de castres gracijs. lib. 2. del subsidio. pag. 4. & cuius nominem Garcia supra in addit. disponit deberi subsidium ex capellanis amobilibus

ambobus habentibus bona, & redditus determinatos ad suam stabilitatem, & perpetuitatem, tamen fundatores disposuerint, quod ex eis subsidium non soluantur.

11 Sed inquit, aut in capellanis, quibus fundator dicitur, ut presbyteris conferatur, confertur possunt Clericis minorum ordinum; Affirmant plures non infimae notae, quando restator per verba affirmatiua procedit, ut si diceret, instituat capellanus sacerdos, qui missas celebret, &c. Secus veritate capellanus verba procederet dicens, ut nullus alius, nisi qui actu sacerdos sit, instituat, sic Roland. à Valle conf. 40. num. 6. volum. 1. Spino in speculo testamentor. glossa. princip. numer. 68. Lambertin. de iure patronat. 1. par. lib. 2. quest. 7. princip. articulo. 17. à num. 1. fol. 79. Flamin. de respo. lib. 3. quest. 9. numer. 3. Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. 5. in prin. num. 74. & num. 104. Zuell. com. contra com. quest. 693. num. 9. cum seqq. Stephan. Gratian. discipulat. forens. capit. 133. numero 1. cum seqq. Perez de Lara de capellan. lib. 2. capit. 5. num. 16. Quarta in sum. tradit. par. 2. verbo seruicium capellania. Ratio est; quia illa verba non actum, sed aptitudinem videntur significare. Quod inde colligi potest; quia ex vi illorum verborum solum inferatur illam capellaniam ordinem sacerdotalem habere annexum; ac proinde sacerdotalem esse. Sed ex hac annexione non colligitur capellanum tempore institutionis, debere esse sacerdotem, sed solum colligunt debere esse in ea aetate, & dispositione, ut infra annum sacerdos fiat. Tum quia beneficium parochiale, & canonicas sacerdotialis ordinem sacerdotalem habent annexum, & tamen cum aliqui conferantur, non est necesse, ut actu sacerdos sit, sufficit esse aptitudine. Tum quia quilibet praesentandus est velle in sua dispositione iuris communis dispositionem sequi, leg. cum quidam, §. quemadmodum Cod. de verbor. significat. leg. 2. Cod. de heredit. instit. & tradit Bart. in leg. heredes mei, §. cum ita, numero quarto ff. ad Trebell. Guierrez conf. 19. numero 7. Gonzalez numero 81. At constabit beneficium habens annexum sacerdotium impetrari posse ab eo qui sacerdotio caret, dummodo intra annum à die adeptae possessionis sacerdotio insigniri possit. Ergo etiam haec capellania sacerdotalis impetrari potest à non sacerdote, dummodo habilis sit ad sacerdotium intra annum recipiendum.

12 Ceterum mihi probabilius est supradicta verba affirmatiua expostulare in capellano sacerdotij qualitate tempore prouisionis; sic Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. resolut. 339. Praxis Episcopus 1. par. verbo beneficium §. 7. concl. 5. princip. Aug. Barbosa 2. part. de potest. Episcop. alleg. 24. à num. 17. & 42. Garcia de benef. 7. par. cap. 1. à num. 58. qui pluribus decisionibus comprobant. Ratio est, quia praesentandus debet habere qualitates à fundatore requisitas; ac vna ex qualitatibus est quod sit sacerdos. Ergo si haec caret, habilis non est. Neque valet dicere habere illam aptitudine, quia hoc non est proprie habere illam.

13 Neque obstat ratio contraria. Quia aliud est beneficium habere annexum ordinem sacrum, aliud ordinem sacrum beneficio praesupponi, & ad illud disponere. Quando beneficium solum trahit ordinem sacrum, ut qualitate subsequente, illum non requirit actu tempore collationis, sufficit si aptitudine infra. At quando beneficium ordinem praesupponit, ut dispositionem, actus ordo habendus est, cum conferretur. Ergo cum ex fundatione habeatur, ut Clericus nominandus sacerdos sit, solum sacerdotium, ut dispositio ad nominationem requiritur.

14 Haec doctrina limitanda venit in prouisionibus Apostolicis, in quibus apponitur clausula non obstantibus, statim, perquam clausulam capellania sacerdotium requirens actu conferri potest, et qui aptitudine esse potest; sic Gonzalez gloss. 5. in prin. numero 106. Garcia 7. part. de benef. cap. 1. num. 106. & seqq. Sed haec limitatio, ut verum habeat, intelligenda est de prouisionibus Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum, quae ex suis statutis requirunt qualitate sacerdotij in prouiso, non autem de statuto facta à fundatore laico. Tum quia nomine statuti fundatio, & ordinatio facta à restatore non intelligitur. Tum quia pia voluntas voluntati non censetur Papa derogare, nisi expresse dixerit; sic Rota decis. 41. de concess. praebend. in antiquis. & decis. 1. de praebendis in nouis, Abbas in capit. cum in cunctis, §. inferiora, numero 11. de electione. Staphileus de litter. gratia. tit. de vi, & effectu. clausul. de clausulis non obstantibus. Felin. in cap. Nonnulli. num. 23. & 24. de praescriptionibus. & in tract. quando littera Apostolica. ampliat. 7. numero 7. Caputaq. decis. 127. numero 2. & 3. p. 1. Azot. 2. part. lib. 6. cap. 8. quest. 15. Lambertin. de iure patronat. 1. part. lib. 2. quest. 7. art. 29. numero 3. Notanter dixit et supradicta clausula non ceteri derogatum statuto, & ordinationi patroni laici; quia Abbas, Staphil. Lambertin. & Azot. existimant statuto, & ordinationi ab Ecclesiastico factae derogari. Mihi tamen non probatur, sicuti nec probatur Felino supra numero 24. & Garcia numero 120. Non enim sub nomine statuti comprehenditur ordinatio, & fundatio restatoris; siue laicus sit; siue Clericus: quia statutum solum censetur

Verd. de Casp. Sum. Mor. Pars. II.

fieri ab illo, qui legem condere potest. Item fundatio cuiuslibet restatoris fauorabilis est; ac proinde sub clausula generali derogatoria non debet ceteri derogata. Requiritur ergo, ut expresse dixerit Pontifex, non obstantibus qualibet fundatione in contrarium; imo ex vi huius clausulae non est censendum derogari fundationi laicorum, sed solum Clericorum; quia laica fundatio priuilegiata est, & huic nunquam censetur derogatum, nisi expresse, & in indiguquo illius mentio fiat: sic Caputaq. decis. 122. p. 1. num. 22.

15 Sed quid dicendum; si fundator diceret, instituat capellanus qui missas celebret, valebunt institutio capellani, non sacerdotis?

Quadruplex est sententia in hac re. Prima negat valet institutionem nisi actu fuerit sacerdos; quia non fit satis conditioni à fundatore requisita: si quidem ille qui non est sacerdos, non potest missas celebrare: sic Lambertin. de iure patronat. 1. part. lib. 2. quest. 7. art. 27. Ioann. Gutierrez conf. 1. num. 21. & conf. 2. numero 15. Didac. Perez leg. 1. tit. 6. lib. 1. orationam. gloss. 2. ad finem. vers. notabile etiam est dubium. Quintana Duenna lib. 4. Ecclesiast. num. 67. Manuel Rodriguez regul. 99. 2. t. quest. 122. art. 2. ad finem, & ampliat Lambertin. supra & Azot. 2. in situ moral. lib. 6. cap. 24. quest. 3. etiam si restator diceret, ut praesentetur capellanus qui per se, vel per alium debeat celebrare, quia ex vi horum verborum capax celebrationis esse debet tempore praesentationis; illa enim verba indicant, ut si ipse capellanus legitime impeditus sit, possit obligationi per alium satisficere.

16 Secunda sententia limitat praecedentem. Affirmat namque requirit qualitate sacerdotij in praesentando non actu, sed aptitudine: sic Spino in speculo testam. gloss. 4. numero 68. Zualios com. contra com. quest. 693. à num. 6. Parlador diff. 120. num. 14. Mouetur; quia ex vi illorum verborum solum videtur inducta obligatio capellano ad celebrandum, sed huic satisficere potest ordines recipiendo. Ergo non tenetur illos habere, ceteri praesentatur, sed sufficit illorum capacem esse.

17 Tertia sententia conciliat utramque sic praedictam, & primum affirmat procedere in capellania fundata à laico, secundam in capellania fundata ab Ecclesiastico: sic Azorius 2. tit. in situ moral. lib. 6. cap. 24. quest. 4. in fine. Ratio esse potest, quia penes laicum solum est praesentationis potestas, non praesentati, & instituti examinatio & inuestigatio: haec enim ad Ecclesiasticum pertinent. Ergo mirum non est laicum expostulare, ut praesentatus tempore praesentationis habeat qualitates omnes requisitas ad capellaniam, quas tamen persona Ecclesiastica non expostulet.

18 Quarta sententia, cui tanquam probabiliori adhaereo, docet ex supradicta fundatione non inferri capellaniam actu, vel aptitudine proxima debere esse sacerdotalem, sed cuiuslibet constituto in aetate 14. annorum conferri posse: sic August. Barbosa 2. part. de potest. Episcop. alleg. 24. num. 45. Gonzalez reg. 8. Cancellar. gloss. 5. à num. 74. Garcia 7. p. de benef. cap. 1. à num. 85. Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 7. num. & cap. 8. num. 41. Et pluribus decisionibus Rota supradicti doctores suam sententiam firmant. Ratio est; quia ex illis verbis solum habetur capellanum obligatum esse celebrare: ac huic obligationi satisficere potest, si per alium celebret iuxta reg. qui per alium facit, per se facere censetur, de regul. iuris, in 6. Ergo neque actu, neque aptitudine sacerdotium requiritur. Et confirmo à iure communi recedendum non est absque manifesta ratione, sed ex iure communi simplex beneficium, quale est dicta capellania, residentiam non requirit, sed per substitutum illius obligationi fieri satis potest. Ergo à tali iure non est absque manifesta ratione recedendum, quae in praesenti non videretur adesse. Et confirmo secundo, contra illum qui legem dicere potuit, apertius interpretatio est facienda, sed fundator si vellet, ut capellanus per se ipsum, & non per substitutum oneribus capellaniae satisficeret, id explicare posset: ergo dum non explicuit, contra illum interpretatio facienda est.

Quocirca nisi fundator dixerit, ut capellanus teneatur per se ipsum missas celebrare, & non per substitutum, poterit patronus praesentare Clericum beneficij simplicis capacem, & praesentatus obligationem residendi non habet, secus si in fundatio, ne expresse caueretur: sic Azot. 2. in situ moral. lib. 2. cap. 8. q. 5. Gonzalez num. 89. Barbosa num. 44. Riccius in praxi fori Ecclesiast. decis. 399. in edit. 1. & resolut. 337. in 2. edit. Garcia 7. p. de benef. cap. 1. num. 98.

19 Duplex limitatio supradictae sententiae apponitur. Prima, ut procedat, nisi consuetudine legitime praescripta contrarium habeatur: sic Gonzalez numero 107. pluribus comprobans. Sed haec limitatio ut verum habeat, debet esse de consuetudine obligante capellanum residere, & missas dicere, non ex consuetudine, quam ipse per liberam suam inducit quia haec nullam obligationem patere potest. Riccius, & Barbosa supra. Secundo, limitat Gonzalez. num. 10. & Barbosa num. 44. in capellanis Ecclesiarum cathedralium, quarum redditus consistunt in distributionibus quotidianis, & solis in-

reterentibus conceduntur: hæ enim residentiam requirunt, & per substitutum earum obligationi satisfieri non potest, quare si missarum onera habent annexa, sacerdotales sunt, & sacerdotibus saltem aptitudine concedi debent. Placet hæc limitatio: quia saltem ex consuetudine introducta est sacerdotij qualitas

20. Posito aliquam capellaniam actu, vel habitu sacerdotalem esse, est difficultas, an ex consensu patroni, hæredis, vel successoris fundatoris alterare Episcopus possit supradictam qualitatem, saltem pro vna, vel altera vice dispensando, vt conferatur Clerico 14 annorum? Durante vita fundatoris, & ex illius consensu certum est, non solum semel, sed in perpetuum alterari posse dispositionem, si causa Ecclesie vitilis assistat: sic Ioann. Gutierrez. *conf. 1. num. 23. Arzuedo leg. 5. tit. 6. libro primo. recopil. numero secundo Lambert. 1. part. de iure patron. libro secundo quest. 7. art. 23. Garcia, alios referens, 7. p. de benef. cap. 1. num. 104. Quæstio igitur solum procedit de successore fundatoris, an ex illius consensu possit Episcopus vna, vel altera vice qualitatem fundationis alterare.*

21. Affirmant sequentes Abbatem, Imolam, & Felinum in cap. cum accessissent. de constitutionibus. Nauarr. *conf. 6. de Cleric. hoc residentibus. numero 4. & de oration. capit. 3. numero. 73. Rebuff. in praxi. 3. part. signaturæ. verbo nec non iuris patronatus. numero 46. & in concordant. in forma mandati, verbo pro expressis. *conf. 24. Zerola verbo benef. §. 7. & verbo ius patronatus. §. 8. dub. 15. Zechus de republ. Ecclesiast. de beneficiis. numero quarto. *vers. quo vero ad ordinem. & de beneficiis. & person. capit. numero 21. *vers. Qui vero ad aiam. Leo in thesuro fori Ecclesiast. capit. 29. numero 35. Eman. Sa in vtraque edit. verb. beneficium. numero 37. Lambert. de iure patron. 1. part. lib. 2. questio. 20. articulo. 6. & 7. numero quarto Perez de Lara libro secundo de capellan. capit. 5. à numero 28. Prosper de Augustino in append. ad summ. bullar. 2. part. verbo seruitium capellanie. pagin. 608. tamen dubius sit, an per Trident. *sess. 25. capit. 3. de reformat. huic potestati sit derogatum. Mouentur; quia voluntas fundatoris præsumi debet subiecta dispositioni ordinarij ex successore consensu. Hoc enim recte gubernationi congruum videtur.*****

22. Cæterum dicendum existimo, nullo modo posse Episcopum dispositionem fundatoris etiam pro vna vice alterare, si commodè executioni mandari potest: sic docuit Decius in capite cum accessissent. de consuet. numero 54. Ioann. Gutierrez *consil. 1. numero 19. & seqq. Garcia 7. part. de benef. capit. 1. numero 107. vbi pluribus decisionibus Rotæ comprobatur; indicat Azot. tom. 2. institut. moral. 6. capit. 24. questio. 1. & videtur decium à Trident. *sess. 25. capit. 5. de reformat. ibi quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur seu cetera illis onera sunt iuncta in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione, eis non derogatur. Quia ratio postulat (inquit Concilium) vt illis, quæ bene constituta sunt contrariis ordinationibus non detrahatur, si autem Episcopus ex consensu patroni vna, vel altera vice, postea fundationem alterare, iam ex parte derogaretur à fundatore constitutis, Concilium autem omnem derogationem excludit. Ergo admittenda non est. Idem colligitur ex *clen. Quia contingit de Religiosis domibus. ibi cum tamen ea quæ ad certum vltim largitione sunt destinata fidelium, ad illud debeant, non ad alium, sua quidem sedis Apostolicæ autoritate, conueni. Sed in beneficiorum collatione efficacius hoc procedit, quam in legatis. Ergo absque sedis Apostolicæ autoritate mutari non possunt, neque pro vna vice; quia cum hæc constitutio pia fundatorum voluntati sit fauorabilis, non est restringenda, sed extendenda. Item est Ecclesie fauorabilis; si quæm scientes fideles eorum pijs dispositiones intergrè, & inuoluntate obseruari, intendunt ad similes fundationes. E contra vero si scirent posse ad ordinario mutari, arcerent multum ab eis. Quæ ratio maioris ponderis est, quam quælibet specialis utilitas, quæ in vno, vel altero casu apparere potest.***

23. Rursus dubitare potes, an si successu temporis redditus capellanie decreuerint, ita vt insufficientes iudicentur ad onera sustinenda, possit ordinarius ea, prout expedire iudicauerit, minuire. Certum esse debet absque potestate ordinarij beneficium id facere non posse. Tum quia obligatio sustinendi illa onera ex titulo capellanie prouenit, quem si capellanus non relinquit, excutere non potest obligationem. Tum quia hæc dimittio cum sit fundatoris dispositioni contraria, magna circumspectione faciendâ est, vt. vt dicit Concilium Trident. *sess. 25. capit. 4. de reformat. Ergo non deest capellanum illius constituere iudicem, quia nemo in propria causa iudex reus, & circumspectus esse potest: sic Azorius 2. part. institut. moral. lib. 6. capit. 24. questio. 6. At ordinarius ex consensu patroni, imo illo vocato renuente, potest*

quælibet onera missarum, suffragiorum, & similibus reducere ad quantitatem reddituum competentem. Tum quia sic præsumitur testatore voluisse, ne dicamus contra rationem intendi Clericum grauari. Tum quia hæc facta tas ordinatio conceditur in cap. cum accessissent. de constitutionibus. capit. non quidem de testam. & ibi Doctores, & fauet lex legatum, ff. de usu fructu legato tradit Azorius supra Lambert. de iure patronat. lib. 3. questio. 6. articulo. 4. Perez de Lara de annuat. & capellan. lib. 1. cap. 15. à num. 6. Garcia de benef. 7. part. cap. 1. num. 125.

24. Dubium tamen est, an obligetur ordinarius hæc diminutionem facere in synodo diocesana, ita vt extra hæc non possit Ratio dubitandi est quia Trident. *sess. 25. cap. 4. de reformat. hac facultatem Episcopis concedit diocesana synodo, sicuti & Abbatibus, & generalibus ordinum in capitulis generalibus tibi. Sancta synodus cupiens hæc ad finem reuelata, quo plenius, & utilius potest impleri, facultatem ad Episcopos, vt in synodo diocesana, itemque Abbatibus, & generalibus ordinum, vt in suis capitulis generalibus deligerent præstita possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesiis, quas hoc præiudicio indig. cognouerint, statuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem eorum expedire. Dicendum tamen est, in beneficiis, & capellanis optime posse Episcopum extra synodum diocesana hanc diminutionem facere. Tum quia iure antiquo illi erant hæc potestates concelebra cap. cum accessissent. capite ex parte de constitutionibus, quæ potestas in supra dicto decreto Trident. nec derogata, nec limitata est; quia Trident. non loquitur de missis, & oneribus beneficij, & capellaniz sed de annuatibus redditibus Ecclesiarum, vt constat ex prin. illius cap. ibi. Contingit scire in quibusdam Ecclesiis vel tam magnam missarum celebrandam numerum, ex varijs defunctorum relictis impositum esse, ut unus singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, cuiusmodi huiusmodi pro illis celebrandis ante renuere esset non facile inueniantur, qui velint huius se onerari sub iure. Vnde dixerunt pia testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Ergo dispositionem beneficiorum, & capellaniarum iure communi Episcopis concelebra intactam Concilium reliquit. Nauarr. *summ. cap. 25. numero 132. Henriquez 2.1. summ. lib. 9. cap. 22. §. 6. Petrus de Ledema in summ. de Eucharistia. c. 8. c. 10. ad finem. Man Rodriguez tom. 1. 99. regul. questio. 43. artic. 13. Garcia de benef. 7. part. capit. 1. numero 131. & testatur sic à sacra congregatione fuisse decium. Adde non cætere probabilitate posse Episcopum etiam extra synodum diocesana annuatariam in supra dicto casu minuire: sic docuit Nauarrus & Manuel Rodriguez supra. Et mouentur; quia iure antiquo hæc potestas Episcopis concelebra erat, quæ per concilium non videtur sublata, sed ad maiorem illius obsequium additum est, vt fiat in diocesana synodo; non ex necessitate, sed ex utilitate. Quod si obiciatur, Abbates, & generales ordinum non possunt extra sua capitula generalia hanc diminutionem facere. Ergo neque Episcopus; si quidem eodem tenore verborum omnibus conceditur supra dicta facultas Episcopis in synodo diocesana, Abbatibus in capitulis generalibus. Facile respondetur, in facultate Abbatum illam formam esse seruandam; quia Abbates non aliud tam potestatem habebant, sed illi traditur sub illa forma præscripta. At Episcopi aliunde habent potestatem, & ac potestatem forma illa, vt fiat in synodo diocesana, seruanda necessitudo non est.**

25. Rogabis item an si obligationem habeas ex fundatore capellæ celebrandi aliquibus determinatis diebus, teneatur celebrare per substitutum, si commodè ipse celebrare non potes, vel ratione infirmitatis, vel alia causa.

Conseco sub distinctione respondendum, si capellania non te ardeat per te ipsum celebrare, sed potes per substitutum. Credo obligatum esse per substitutum celebrare, aut in aliud tempus expeditum obligationem differre: sic Azorius *instit. moral. lib. 6. cap. 24. questio. 8. Mouet, quia impedimentum celebrandi non potest obligationem extinguere, cum possit per alium impleri. Ergo vel implenda est, per substitutum, vel ad minus in tempus expeditum differenda, iura præsumpta testatoris voluntatem. Verum si capellania te obligat ad celebrandum per te ipsum, plures doctores docent, si vno vel altero die impediaris, excusatum esse implere per alium, quia credendum non est fundatorem ita rigide obligare, vt velit nullam fieri indulgentiam, vel remissionem. At si pluribus diebus impediaris, v. g. octo, vel quoddecim dies infirmitate labores, existimant te obligatum esse per alium supplere; alias non videris posse fructus capellæ recipere, quia hi danatur ob officium, & ministerium exercendum, quo cessante videtur ipsi cessare, datum enim ob causam illa cessante reperitur; tamen cesset in capellano, ut si pecuniam in prin. ff. de condit. causa. data: sic relato Mart. Anton. Genueu. in praxi archiepiscop. Neapoli. cap. 47. Petro Nauarra de restitu. libro secundo cap. 2. num. 210. Gilet. in margin.*

DE
CAPIS
PATRI

margarit, casuum conscient. verbo missas. Aloysio Riccio resol. 340 Fraxinel. de obligat. sacerdot. sect. 4. concl. 4. par. 13. docet August. Barbosa 2. part. de potest. Episc. alleg. 24. num. 31 sine, & testatur sic dictum esse à Rota luna 7. februar. 1594. ubi beneficii obligati in qualibet quinta feria celebrare missas de facramento pro anima fundatoris, & licet pendente pratermissis, obligantur eas dicere.

Mihi quidem hæc sententia difficilis est. Nam si aliquid probat, conuenit quemlibet diem pratermissum te obligatum esse supplere (nisi ex rati habitatione, & præsump. testatoris voluntate excusetur.) Si enim legitimum impedimentum unico die, existens extinguit illius diei obligationem, cur non valebit eius diebus extinguere si idem impedimentum existat? Quoties sic legitimum impedimentum reputarem te exemptum esse ab obligatione dicendi aliis diebus tales missas; quia suppono ex fundatore capelle te obligatum esse singulis diebus celebrare. At ab hac obligatione ob legitimum impedimentum excusatus. Ergo non est, unde nascatur obligatio supplendi illorum dierum celebrationem. Quod non leuiter confirmari potest ex præbendis, canonicatibus, aliisque beneficiis residendum expostulantibus, quorum fructus beneficiari legitime impeditur lucrantur, tamen non r. s. cedant. Et ratio est; quia fructus non dantur ob residentiam actu exercitam, sed ob rationem beneficii, & sub obligatione residendi, si fieri possit.

26. Vterius obligatus esse potes in hac Ecclesia, & in hoc altari celebrare. Si ergo sapius alibi celebres abque iusta, & legitima causa, vel dispensatione, peccabis mortaliter, quia in te graui de fraudans fundatorem. Fundator enim ordinando missas illis circumstantiis testatur non solum intendit prodesse defunctorum animabus, sed etiam alicuius imaginis, & altaris specialem cultum, & deuotionem, itemque humanum honorem, nempe ut aditantes cognoscant missam, quæ in tali die, & hora, & in tali altari celebratur, à tali persona fundatam esse; quæ sine dubio cessant, si missæ alibi celebrantur. Ergo peccas graniter, sic omittens. Syluest. verbo missa, 1. quæst. 10. ad finem. Nauarr. summ. cap. 25. num. 304. Et de orat. cap. 5. num. 2. Et 11. Azor. 1. part. lib. 10. cap. 24. quæst. 8. Et 2. p. lib. 6. c. 14. q. 7. Henriquez lib. 9. c. 23. num. 5. Grassis dees. aur. par. 1. lib. 2. c. 53. num. 9. Et tom. 2. consil. sub titulo de præbendis. consil. 4. num. 1. Augustin. Barbosa, aliis relatis, 2. part. de potest. Episc. alleg. 24. n. 31.

Dixi si celebres alibi abque iusta, & legitima causa, & dispensatione, quia potes à celebratione in tali loco impediti, iusta causa intercedente nempe violatione Ecclesie, vel alia via; & tunc nullum est peccatum, neque obligatio supplendi, modo alibi celebrationem facias. Ab hac autem non videris excusatus, ex eo quod celebrare in tali loco impeditaris; quia non est præsumendum testatorem voluisse fructu sacrificij, se solumque defunctos priuare, tamen illi speciali honore, & altare illo particulari cultu priuaretur; sic, aliis relatis, docet Barbosa 2. part. de potest. Episc. alleg. 24. n. 31.

28. Quod si abque legitima causa omittas in tali altari celebrare, tamen alibi celebres, plures doctores te excusant à compensatione faciendæ: sic aliis relatis docet Barbosa 2. part. de potest. Episc. alleg. 24. num. 36. Mouentur, qui non priuati fundatore fructu sacrificij. Cæterum ego crederem te esse per te obligatum compensare missas pratermissas, nõ ob fructum sacrificij, quia in hoc nulla fraus, vel diminutio facta est, esse sed ob prætermissum cultum specialem illius altaris, & imaginis, & ob particularem honorem fundatoris inde resultantem omniumque Azor. 2. p. in fin. moral. lib. 6. cap. 24. q. 7. Per accidens tamen videris deobligatus; quia raro est possibilis compensatio. Nam compensatio illa faciendæ est celebrando aliis diebus ab his, quos testator designauit. At ex tali celebratione nullus specialis honor fundatori accretis; quia aditantes prolixius ignorant illam missam celebrari loco alterius suo die signato pratermissæ. Ergo illa missa honor non reputatur. Ergo ex reparatione honoris non videtur posse obligari. Neque etiam videtur obligatus ex prætermissio cultu. Nam cultus hic prætermissus compensatus fuit cultu factu in alio loco, & altari, ubi missa fuit celebrata. Aduerte tamen, capellanam obligatam celebrare tali hora, tali loco, & tempore posse ab harum circumstantiarum obligatione eximi ex dispensatione Episcopi, iusta causa intercedente, vt puta si ab sit in academia ratione studij. Quia in illa dispensatione solum voluntas fundatoris in accidentibus omittitur, & aliorum bono compensatur. Henriquez lib. 9. de sacrifi. missa, c. 24. par. 4. in fine. Barbosa 2. part. de potest. Episc. alleg. 24. n. 36.

28. Denique obligari potest ex vi capellæ missas defunctorum, vel alicuius sancti, & eas celebrare. Sed huius circumstantiæ omisso raro, vel nunquam inducere potest grauem culpam, si missas celebres, inno si iusta causa moueat, qualis est te vniuersali Ecclesie consuetudini conformare, quo illo die sanctum aliquem celebret, de quo tu missas dicis: credo nullam esse culpam, sed potius opus laudabile. sic Nauarr. summ. cap. 25. num. 214. Henriquez lib. 9. cap. 23. num. 6. Azor. tom. 1. in fin. mor. lib. 20. cap. 23. quæst. 5. Barbosa 2. part. de potest. Episc. Ferd. de Castro Som. Mor. Part. II.

alleg. 24. num. 31. Regina'd. lib. 9. numer. 108. Eman. Sa verbo amissa. n. 48.

PUNCTUM VII.

De præstimonii, & hospitalibus, eorumque qualitatibus.

- 1 Antiquitus præstimonium beneficia non erant, sed modo sunt.
- 2 Hospitalia sunt in duplici differentia, alia autoritate Episcopi fundata, alia autoritate priuata.
- 3 Omnia possunt ab Episcopo visitari.
- 4 Regulariter hospitalia non sunt beneficia.
- 5 Expenditur decretum Trident. sess. 25. cap. 8. de hospitalium administratione.

1 **T**empore antiquo non obtinebant præstimonium rationem beneficii. Tum quia sæpe non dabatur in titulum, sed pro determinato tempore. Tum quia nullum officium, & munus spirituale annexum habebant; erant enim quidam redditus ex beneficio extracti in sustentationem iuuenum, vt sic aptius litteris vacare possent, vel bellum infidelibus inferrent. At iam omnia præstimonium Ecclesiastica beneficia sunt; quia dantur in titulum, & habent officium spirituale annexum, saltem horarum recitationem, vt ex constitutione Pij V. quæ incipit Ex proximo Lateranensi, quamque adducit Nauarr. cap. 25. num. 122. colligitur, & sub nomine beneficii ea comprehendit concil. Trident. sess. 14. cap. 9. de reformat. Et sess. 23. cap. 18. post medium: sic latè Azor. 2. part. in fin. moral. lib. 3. cap. 7. quæst. 1. Gonzalez super reg. Cancellar. gloss. 5. par. 2. in princ.

2 Hospitalia sunt in duplici differentia, alia autoritate Episcopi erecta, alia autoritate priuata. Quando sunt autoritate Episcopi, sunt loca pia, & religiosa. cap. ad hæc de religiosis domib. Quando vero solum autoritate priuata, non censentur Ecclesiastica, seu religiosa loca, tamen censentur pia, id est ad pietatem ordinata; quia nullus priuata autoritate locum Ecclesiasticum, & religiosum constituere potest, colligitur ex suprad. c. ad hæc sic tradit Gonzalez gloss. 5. in princ. num. 39. Mol. de Hispanor. primogen. lib. 1. c. 24. num. 38. Et seqq. August. Barbosa de potest. Episc. 3. part. alleg. 75. n. 3. Et seqq. Nicol. Garcia de benefic. 5. p. c. 1. a. n. 601.

3 Omnia hæc hospitalia siue autoritate Episcopi, siue priuatorum tantum fundata visitantur ab Episcopo, possunt, iuxta expressum text. sess. 22. Trid. cap. 8. Et 9. de reform. quia ad visitationem sufficit esse opus pium, sicuti diximus puncto præcedenti de capellis. Est autem differentia, quod quando hospitale autoritate Episcopi fundatum est, potest de omnibus Episcopus inquirere, & prouidere, & regimen, & modum electionis statuere, prout sibi visum fuerit conuenientius. At quædo priuatorum autoritate fundatum est, ordinarius solum habet inquirere, an omnia iuxta voluntatem testatoris exequantur, quod facere potest, tamen testator prohibuerit, quia esset irrationabilis prohibitio, & contra fauorem piæ causæ; ac proinde censenda est illa conditio pro non adiecta: sic August. Barbosa 3. part. de potest. Episc. alleg. 75. num. 14. uniu. num. 8. Ah hæc regula excipit concilium sess. 22. cap. 8. de reformat. hospitalia, & confraternitates, quæ sub immediata regum fuerint potestate, ne inquam sine eorum licentia visitentur, quod fecit in honorem regie dignitatis. Quod si visitantur Episcopo opponatur hospitale esse sub immediata regum potestate, Episcopus de hac qualitate cognoscere debet, non iudex secularis. Sic, aliis relatis, tradit Barbosa num. 20. Si autem opponatur ad alium ex fundatione visitationem pertinere, non inde censetur ordinarius exclusus, sed simul cum designato visitationem facere potest, vt testatur decretum à sacra congregatione Barbosa in consil. concil. sess. 22. cap. 8. Quod si expresse in fundatione exclusus ordinarius esset, tunc solum in casibus à iure expressis, negligentia scilicet & dilapidationis bonorum, competeret visitatio: sic Carol. de Grassis de effect. cleric. effect. 1. n. 260. Barbosa in remission. concil. loco alleg. tamen de potest. Episc. 3. part. alleg. 76. n. 9. videtur sentire per supradictam clausulam fundatoris non posse ordinarium excludi.

4 Hospitalia etiam autoritate Episcopi fundata regulariter non sunt beneficia, sed quedam officia, religiose administrationis laicis committenda, tamen capellas, vel Ecclesias habeant annexas, decimæque percipiant, colligitur ex element. per litteras. 2. de præbendis, Et element. Quia contingit, 5. vt autem de religiosis domib.

Dixi regulariter, quia aliquando dantur in titulum ex fundatione vel consuetudine Ecclesiasticis personis, & tunc beneficii naturam habent, vel sunt accessoria Ecclesie vel alteri beneficio, & sic tanquam accessoria illius naturam sortuntur: constat ex element. Quia contingit. Et tradit Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. s. 4. a. num. 10. Garcia 1. p. de benefic. cap. 3. a. n. 1. Et seqq. pluribus relatis Barbosa de potest. Episc. 3. part. alleg. 57. num. 148.

5 Aduertendum in hac materia est, ex decreto Trident. sess. 25. num. 148.

29. cap. 8. de reformation. hospitalium administratores obligatos esse si licet proventus in infirmorum curationem, & aliorum pium opum pro voluntate testatoris expendere. Quod si hospitalia ad certum periculum, vel infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco ubi sunt dicta hospitalia similes personae, aut per pauca reperiantur, fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore utilior, conuerti debent, prout ordinario cum duobus de capitulo, qui rerum vsu peritiores sint per ipsum deligendis magis expedire visum fuerit, nisi aliter forte etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum. Quae verba sacra congregatio concilii expendens, inquit; In hospitalibus, in quibus non habentur laborantes proprio morbo iuxta proprium institutum hospitalis, licet videatur recipiendi proximiori morbo laborantes, iuxta verba concilii non tamen eiciendi sunt, si alioquin pauperes diuersi morbo laborantes; aut alii miserabiles reperiantur. Cum vero mens concilii fuerit providere, ne qui possident hospitalia omnes fructus in vsus proprios conuertant, sub praetextu quod non inueniantur infirmi secundum primam institutionem hospitalis. Deinde subdit concilium. Ne administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vni, & eidem personae vltra triennium deinceps committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiat, non obstante quoad omnia supradicta quauunque vnioue, exemptione, & consuetudine in contrarium etiam immemoriali, seu priuilegiis, aut indulis quibuscunque. Quae verba difficultatem ingerunt in hospitalibus beneficio annexis, an inquam solo triennio a possessore, beneficii administrari possint: Durum enim videtur dicere voluisse concilium, vt hospitali beneficio annexum seingeretur. Quapropter probabilis credo non esse post triennium alteri committendum, sed posse a possessore beneficii administrari; toto tempore, quo beneficium possidet. Si autem possessor beneficii vellet alteri vices suas committere, & administrationem concedere, non videtur posse vltra triennium, sic explicat Garcia de benefic. 1. p. cap. 3. num. 13.

PUNCTUM VIII.

De vicariis, & commendis, earumque qualitatibus.

- 1 Vicaria alia est perpetua, alia temporalis, & qua perpetua debeantur.
- 2 Qualiter vicarius temporalis constituitur.
- 3 Vicarius temporalis mortuo rectoris potest repetere seruitium sibi debitum, tum ab herede rectoris, tum a successore in beneficio.
- 4 Vicarius perpetuus alium vicarium ad breue tempus substituere potest, si vicarius temporalis.
- 5 Commenda alia est perpetua alia temporalis.
- 6 Qua possit commendatarius perpetuus, qua temporalis.
- 7 Qua, & a quibus beneficia commendari possint.
- 8 Spectato Trident. nulla beneficia parochialia commendari possint, sed vicarius est constituendus.
- 9 Solus Pontifex commendare beneficium potest, quia sola commenda perpetua est in vsu.
- 10 Beneficium commendatum perpetuum, an vacet per obitum commendatarii? Affirmant plures.
- 11 Probabilis est oppositum.
- 12 In imperatione beneficii commendati semper est faciendum mentio commendationis.

Dicitur sumi potest vicaria, alia perpetua, alia temporalis, alia vniua alicui beneficio parochiali, vel loco pio, alia quasi per se existens, Vicaria perpetua, quae per se curam animarum exercet, beneficium Ecclesiasticum est; quia est ius spirituale perpetuum percipiendi fructus: & vacat morte vicarij; colligitur ex cap. ad hac de officio vicarij, & element. 1. eodem tit. cap. postulasti. de rescriptis. & tradit, alijs relatis, Azor. 2. par. insit. moral. lib. 3. cap. 6. quae. 5. Hae vicaria perpetua constituitur, cum Ecclesia parochialis alteri in perpetuum subicitur. Nam cum huic non possit parochus beneficii priuilegijs inferuire, cap. 1. de ca. illis Monachorum, capite extirpanda. §. qui vero. de praebendis. & cap. 1. eodem titulo, in 6. necessario vicarius perpetuus est constituendus. Sic Rebuff. in prax. tit. de vicaria perpetua per totum. Gonzalez, pluribus relatis, gloss. 5. §. 3. num. 10. Huic autem vicario debetur honor, & locus, & quilibet alia prerogatiua propria rectoris, quia vices illius gerit, & loco illius subrogatur: sic Felinus cap. cum olim. et. 2. de officio delegati. Cardin. element. unica de officio vicarij. num. 1. vbi sexto oppono per totum. ibi. Gonzalez supra. num. 29. Item iura quae loquuntur de beneficijs curati, regulariter de iis vicariis debent intelligi; quia sunt beneficia, & tanquam propria beneficia possidentur, Azor. lib. 3. cap. 6. quae. 7. Flamin. de re-

signat. quae. 1. num. 115. cum seqq. Gonzalez num. 21. & colligitur ex dicta elem. unica de officio vicarij. ibi. quia de Ecclesijs curam animarum habentibus per receptionem aliam suam fructuum, amittendis, ac de ipsarum rectoribus. promouendis ad sacerdotium, & de eorum curae ad iure statuto nolescentur in perpetuum Ecclesiarum parochialium vicarij, & assumptis ad ea, volumus obseruari. Ex quo sic vicarium perpetuum remoueri non posse extra casus ad iure expressos, sicut nec remouetur proprius rector. Gonzalez supra num. 22.

2 Vicarius temporalis ille est, qui constituitur ad nutum amobilis: & haec constitutio duplex est. Alia cum titulo, alia sine illo. Quando enim parochus ob absentiam, vel aliam impeditum vices suas alicui clerico committit: hic clericus vicarius illius dicitur, nullo alio titulo requisito praeter ipsius nominationem. Haec autem nominatioem non requirit, tamen beneficium iurispatronatus laicorum sit, cap. ad hac de officio vicarij. Lambertin. de iure patronat. lib. 3. quae. 5. artic. 10. numero primo & seqq. Gonzalez gloss. 5. §. 3. num. 38. Deinde cum beneficium vacat, interim ac de rectoris prouidetur, ordinarius designat vicarium, qui beneficio inferiori congrua portione designata, ad cuius designationem nullus alius titulus praeter nominationem requirit. Item designatur vicarius temporalis, cum duae Ecclesiae parochiales aequo principaliter vniuntur, & illarum rector non potest ritque inferuire: debet inquam vicarium designare, qui aliquando sit cum titulo, aliquando abique illo, cap. & temporis 26. quae. 1. & cap. 1. Ne sede vacante: & tradit Rebuff. prax. tit. de vicarij perpetua. num. 3. Gonzalez gloss. 5. §. 3. num. 11. Azor. 2. par. insit. moral. lib. 3. cap. 6. quae. 3. & lib. 6. c. 29. q. 1. Et generaliter quoties rector beneficii impeditus est beneficio assistere, vicarius designari debet. Quod quatuor contingere possit bene expendit Azor. dicto lib. 3. c. 6. quae. 3. Secundo, quando beneficium curatum annectitur mensae capitulati, vel Episcopo, tunc solet vicarius temporalis designari, iuxta glossam, & doctores in elem. 1. de rescriptis. & elem. 1. de supplic. neglig. prax. Rebuff. in 6. Gonzalez num. 14. Azor. dicta quae. 1. tamen aliquando vicarius perpetuus designatur. Tertio, quando beneficium simplex alteri vniuit, ratio vicarij perpetui constituitur in eo. Gl. in hoc doctores in elem. unica de officio vicarij, Rebuff. n. 5. Gonzalez in lib. 15. Azor. quae. 1. Quarto, quando monasteria, conuentus, & cathedra, iura, & collegiorum capitula a primazua sua institutione curam animarum habent; quia tunc non sunt regulariter obligata vicarium perpetuum deputare, sed possunt ad nutum, qui tamen vicarius Episcopo subditur in examine, & abique eius approbatione deputari non potest. Item subditur in iis, quae ad curam animarum, & actuaem factamentorum administrationem concernunt, vt possit ab Episcopo visitari, tamen regularis sit, constitat ex 1. de iur. iess. 25. cap. 11. de regularib. & gloss. 7. c. 7. de reformation. & declarationibus adductis a Barbosa, ibi. Quando vero parochialis vniua non alteretur, aut men Episcopi, vel capituli, vel alteri loco pio, nominatio vicarij pertinet ad rectorem illius loci, cui est parochialis vniua; ex consuetudine supradicta Pij V. Approbatio tamen Ordinario. Si vicarius designatus religiosus sit, debet secum habere socium, quod illius custodiam, vt sic religiosa disciplina exactius obtineatur; vt constat ex constitutione Pij V. & Greg. XIII. & tradit Barbosa supra. Hic tamen vicarius ad nutum amobilis, siue saecularis sit, siue regularis, non debet ante finitum annum seruiij remoueri, nisi grauis aliqua causa intercedat; quia reddit in praedictum parochetum: sic Rebuff. in prax. benefic. lib. 2. tit. de dispensat. de non residendo. numero 18. & c. 2. ad leg. Gallia. tit. de maior. possessor. in benefic. art. 9. gloss. unica, in prax. Flores var. lib. 3. quae. 10. num. 24. Guierrez de iuram. confirm. 6. par. 58. num. 19. Stephan. G. atian. disp. de iur. benef. cap. 167. num. 24. quos refert Barbosa in remission. concil. §. 7. cap. 7. de reformatione sine.

3 Duplex est de vicariis examinanda difficultas. Prima a quo vicarius ad nutum constituitur mortuo rectoris possit, & debeat stipendium seruiij facti repetere: Cui difficultati respondeo, & ab herede rectoris, & a successore in beneficio repetere stipendium possit: si enim fructus beneficii, illo tempore quo beneficium administrasti ad rectorem, vel illius heredem, deuenierunt, poteris ab herede repetere. Tum quia illi fructus videntur tibi esse obligati: Tum quia haeres rectoris debita antecessoris solueret pro quantitate hereditatis. A successore autem beneficii poteris repetere, tam si fructus supradicti ad ipsum non peruenierint: quia successor in beneficio obligatus est debita antecessoris solueret, si ob bonam Ecclesiae contracta sint, vt in praesenti contingit, cap. de solution. & tradit

DE CASUALI

dit relato Abbate, cap. ad hac de officio vicarij. Azor. 2. par. in-
fra mor. lib. 3. ca. 6. quast. 9.

4 Secunda difficultas est, an vicarius possit alium vicarium
substituere? Respondeo, si vicarius est perpetuus, posse alium
ex iusta causa pro brevi tempore constituere: si quia vicarius
perpetuus non est delegatus, sed ordinarius. At ordinarius de-
legare potest suas vices. Vicarium autem perpetuum nequit
legare potest suas vices. Vicarium autem perpetuum nequit
constituere. Tum quia hic autoritate ordinarij constituitur.
Tum quia rector non potest alium constituere rectorem. Ergo
neque vicarius alium perpetuum vicarium: alias vicarius hic
secundus alium constituere posset, essetque processus in infinitum.
Vicarius autem temporalis, quia delegatus est, nequit nec
pro brevi tempore alium vicarium constituere, tamen pos-
sit vnum, vel alterum casum delegare. Azorius supra qua-
sio. 10.

5 Vicarij affinis est commenda, quae dupliciter contingit,
vel in perpetuum, vel ad tempus. Commenda ad tempus regu-
liter fit in utilitatem Ecclesiae commendata, dum de rectore
providetur. Commenda in perpetuum utilitatem commendata-
rij specialiter respicit.

6 Commendatarius perpetuus gaudet omni iure, & pote-
tate, quibus gauderet proprius beneficiarius. Mandos. reg. 32.
quast. 7. num. 11. Gomez in reg. de trienn. quast. 5. num. 11. of-
f. quast. 20. Gonzalez gloss. 5. §. 8. n. 30. Garcia 4. p. de benef. cap. 4.
num. 48. Quocirca sicut beneficiarius facit fructus suos, & de il-
lis potest libere dispendere sic commendatarius perpetuus. Re-
buff. de pacif. possessor. n. 43. Puteus decis. 2. §. n. 3. in lib. 1. Gonzalez
gloss. 5. §. 8. num. 5. Garcia de benef. 4. p. c. 4. n. 20. Item potest lo-
care fructus & possessiones Ecclesiae commendatae, sicut alius
quilibet beneficiatus. Rebuff. sup. n. 40. Gonzalez supra n. 19.
Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. c. 3. §. 9. Secus vero dicendum est in
commendatario ad tempus: hic enim recipit beneficium quasi
in depositum, ac prout de illius fructibus dispendere libere non
potest: nisi ea in parte, quae in sui, suorumque sustentationem
designata est. Glossa in c. Nemo, de election. in 6. Puteus decis. 2. §.
n. 3. lib. 1. Gonzalez gloss. 5. §. 8. num. 39. Item si beneficiarius potest
praesentare, eligere, & conferre: sic potest commendatarius,
sive perpetuus, sive ad tempus. Rebuff. tit. de commenda.
num. 61. Gonzalez num. 12. Azor. q. 9. Deinde beneficiarius, qui
eligitur in iudicium synodalem, & in consuetudinem, pariter
& commendatarius. Garcia de benef. 4. p. c. 4. n. 48. Quia
haec munera possidentem beneficium, quocumque modo possi-
deat, sequuntur. Item commendatarius perpetuus obligatur re-
gula de publicandis resignationibus Gonzalez n. 16. cum Gome-
zio super ea reg. q. 3. non tamen commendatarius ad nunc. Deinde
in impetratione beneficij mentionem facere debet de commenda
perpetua, alias gratia erit subreptitia. Glossa in cap. Nemo,
de election. lib. 6. Gonzalez num. 17. Vnde licet tempore anti-
quo possent duo beneficia incompatibilia possideri, aliud in ti-
tulum, aliud in commendam perpetuam. At ex decreto Tri-
dent. sess. 7. cap. 1. & 4. nequaquam possideri possunt, nisi ex dis-
pensatione expressa Summi Pontificis.

7 Quod si inquiras, quae beneficia commendari possunt, & a
quibus? Respondeo omnia beneficia commendari possunt, sed
non ab omnibus, neque omnibus. Episcopus namque solum
beneficia parochialia suae diocesis commendare ad tem-
pore potest, interveniente evidenti Ecclesiae necessitate, & vili-
tate: protogare vero commendam non potest, nisi eadem neces-
sitas, vel vilitas Ecclesiae perseveret: sic Glossa in cap. Nemo, 1. §.
de election. in 6. per text. ibi. Rebuff. in praxi. tit. de commenda, n.
63. Gonzalez gloss. 5. §. 8. n. 35. Azor. 2. p. lib. 6. c. 31. q. 3. Hoc autem
semestre comparare potest Episcopus non ad die vacationis, sed
ad vltimo die semestris ei concessio ad providendum: quia haec
commenda est quidam modus provisionis, & quasi cuiusdam ti-
tuli collatio. Ex quo inferitur pro illo semestre: si duret causa,
ob quam fuit Ecclesia commendata, non posse Episcopum re-
movere commendatarium, & alteri Ecclesiae tradere: quia
iam pro illo semestre tradita est. Sic Glossa in supra. cap. Nemo.
Rebuff. institut. moral. lib. 6. cap. 3. quast. 6. Secus vero dicendum
est, quando non pro determinato tempore, sed simpliciter com-
mendaret: quia tunc subintelligitur, donec de rectore pro-
visum sit Abbas in cap. si constituitur de accusationib. n. 12. Deinde
de Episcopo parochialium Ecclesiarum commendare non potest,
nisi clerico sacerdoti, quia munus rectoris actu exercere debet.
Glossa in dicto cap. Nemo. Azor. dicto cap. 31. quast. 3. Barbosa al-
leg. 59. num. 23. Neque potest vni plures commendare, sed ne-
cessario cuiuslibet sua commenda danda est: potest tamen ha-
berri beneficium in titulum, alterum in commendam tempo-
ralem concedere, si id euidens Ecclesiae vtilitas postulaerit.
Alia beneficia simplicia potest Episcopus commendare ultra
semestre, interim dum ad. ff. Ecclesiae vtilitas, & de beneficio
proprio non providetur, quia nulli bi de iis beneficiis cautum
est Episcopum ultra semestre non posse commendare, imo
contantium colligitur ex cap. qui plures. 21. quast. 1. cap. du-
dum. 1. de electione. & tradit Gloss. Dominic. & Franc. cap. ne-
mo, eodem tit. & lib. Rebuff. de pacif. possessor. num. 38. & in
Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

praxi. tit. requisita ad collationem, num. 16. Garcia de benef. 4.
part. cap. 4. num. 16. Abbatis, prioratus, praeposituras, alia-
que dignitates Episcopum commendare non posse, sicut nec
beneficia regularia, quia sunt a sua iurisdictione exempta.
Azor. 2. part. lib. 6. cap. 31. quast. 15. Nunquam tamen potest
Episcopus beneficium regulare seculari, nec saeculare regu-
lari tradere in commendam, quia commenda est quasi ti-
tulus.

8 Supradicta procedunt spectato iure communi. At attento
Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. beneficia parochialia com-
mendata ad tempus non possunt, sed interim dum providetur
de rectore, vicarius constituitur: sic alijs relatis notavit Garc.
de benef. 4. part. cap. 5. numer. 15. & adducit declarationem
concilij his verbis. Commenda, quae ad sex menses in Eccle-
sijs curatis fieri poterat ab ordinarijs. cap. Nemo, de election.
in 6. amplius post concilium locum non habent, cum debeat
in eis deputari vicarius ad formam capit. 18. sess. 24. de refor-
mat. contentit Barbosa 3. part. de potest. Episcop. allegat. 59.
numer. 24. In reliquis vero beneficijs iam commenda tempo-
ralis in defectu dicitur veniri. Azor. dicto lib. 6. cap. 13. quast. 3.
in fine.

9 Quocirca cum solum commenda in perpetuum sint in
usu, solum Pontifex commendare beneficium potest Lelius
Zechus de benef. & personibus. c. 7. n. 2. Garcia de benef. 4. p.
c. 4. num. 13. Barbosa 3. part. de potest. alleg. 59. num. 6. Quod ita
verum est, vt nec legatus a latere potestatem habeat commen-
dandi beneficium ei, qui alias retinere prohibitus erat, vt relatis
Castodoro, Geminiano, & Mandosio docet Gonzalez ad reg. 8.
Cancell. gloss. 5. §. 8. n. 6. Garcia 4. p. de benef. c. 5. vbi alios refert,
n. 24. & 29. Vnde beneficium regulare solet Pontifex saeculari
commendare, & e contra Rebuff. tit. de commenda, n. 7. Garcia
num. 26. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 6. c. 31. quast. 20. Barbosa
alleg. 59. num. 16. & saecularis in beneficio regulari commen-
datus non tenetur professionem facere, sicut tenetur titularis.
Garcia n. 28. Azor. q. 20. Barbof. 3. alleg. 59. num. 16. Quod si in-
quiras, an cum Pontifex beneficium alicui commendat, cen-
setur in perpetuum commendare, vel solum dum non prou-
iderit? Respondeo censendum esse in perpetuum commendare.
Tum quia commenda temporalis non sunt in usu, Tum quia si
vellet ad limitatum tempus commendare, id expressisset. Tum
quia in casu dubio, an commenda sit temporalis, vel perpetua,
perpetua est iudicanda. Tum denique quia actus iudicandus est
perpetuus, cum nullum terminum habet, leg. iuris peritos. in
prin. & ibi Bar. ff. de excusationib. tuorum. Glossa in clem. 2.
verbo electionem, de rescriptis. Gomez in reg. de publicand. resig-
nat. quast. 4. n. 10. & 11. quos refert, & sequitur Gonzalez de
mensibus gloss. 5. §. 8. n. 66. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. c. 31. q. 12.
Barbosa alleg. 59. num. 7.

10 Graue tamen dubium est, an beneficium a Pontifice alicui
commendatum in perpetuum, vacet per obitum commen-
datarij, ita vt si commendatarius obiit in curia, vacet in curia,
si extra moriatur, vacet extra: si moriatur in mense ordinarij,
non sit reservatum.

Affirmant plures, quos refert Garcia 4. p. de benef. ad num. 60.
quia commenda perpetua est verus beneficij titulus, c. dudum,
cl. 2. de electione. cap. si plures. 21. quast. 1. & tradit multis relatis,
Gonzalez de mensib. gloss. 5. §. 8. n. 2. Barbosa 3. part. de potest. Episc.
alleg. 59. n. 2. Qua de causa dicitur penam, cap. licet canon. de elec-
tion. in 6. contra non promouentes se intra annum, habere lo-
cum in his commendatarijs perpetuis, clem. in agro. §. ceterum. de
statu Monach. ibi, infra annum computandum a tempore colla-
tionis, & commissionis, sed quocies perit titulus vacat benefi-
cium. Ergo non commenda. Item nullus potest beneficium re-
signare in fauorem alterius, neque cum alio permutare, nisi il-
lius habeat titulum, sed commendatarius perpetuo resignare, vel
permutare beneficium commendatum potest, vt alibi relatis, do-
cet Gonzalez gloss. 5. §. 8. n. 24. & 25. Barbosa n. 5. Ergo illius ha-
bet titulum. Ergo vacat absolute.

11 Nihilominus probabilius est morte commendatarij non
vacare beneficium, sed priorem vacationem, quae erat ante com-
mendationem, & quae per commendationem fuerat suspensa, con-
tinuari sic Nau. sum. c. 25. n. 126. & de or. miss. 60. n. 10. & cons. 1.
de cons. n. 39. & cons. 28. de praebend. Puteus decis. 2. §. n. 6. lib. 1.
Flam. Paris lib. 2. de resign. quast. 19. n. 113. Barbosa 3. part. alleg.
59. n. 21. Garcia 4. p. de benef. c. 4. n. 94. Gonzalez gloss. 5. §. 8. n.
48. vbi varijs decisionibus Rotae comprobatur. Ratio est: quia
commendatario traditur beneficium reservatum, vt illud re-
gat, & gubernet, ac tandem custodiat, sicuti erat antea: quia
commendare nihil aliud est quam deponere, leg. commendare.
ff. de verb. sign. §. ceterum. leg. Lucius. 24. ff. de posit. c. de deposito. & c.
ne quis arbitrareretur. 22. q. 2. Glossa & doctores in c. nemo deinceps
de election. in 6. verbo commendare. Ergo si antea illud benefi-
cium sedi Apostolicae erat affectum, quia in Romana curia va-
cauerat, cessante custodia eodem modo affectum perseverat.
Hinc fit commendare beneficium alicui non esse proprie con-
ferre, & providere, vt tenent supradicti doctores: quia com-
menda

menda non est proprie titulus, tamen si titulum imitetur, quod sufficit, & resignari, & permutari fieri non potest ex ordinarij consensu, sed ex consensu Pontificis, cui liberum est Ecclesiam vni commendatam alteri commendare primo commendatario consentiente. Præterea Ecclesia à Pontifice commendata, siue ad tempus, siue in perpetuum, Pontifici est affecta, ex eo quod manum in illa apposuerit, vt pluribus firmat Garc. 4 p. de benef. c. 4. n. 68. & tradit Azor. 2. p. insit. mor. lib. 6. c. 31. q. 8. Barbosa 3. p. de benef. alleg. 19. n. 9. Ergo non est liberum ordinario de illa disponente, siue quia vacat affecta, vt prius erat; siue quia per commendationem Pontifici afficitur.

12. Ex quo fit in beneficij commendati imperatione semper faciendam esse mentionem commendationis; quia ratione illius specialiter est Pontifici reseruat: sic Azor. 2. p. insit. mor. lib. 6. cap. 31. quæst. 6. & relatis Dominico, Archidiacono Franco doctore Barbosa alleg. 19. num. 20. Quod verius est durante commendatione etiam ad tempus quia tunc commendatarius beneficij quasi possessionem, & administrationem habet: quia durante non absolute vacat beneficium. Neque Pontifex censetur iuri alterius præiudicare, nisi clare exprimat, cap. quamuis. de rescript. in 6. cap. super. de officio deleg. Barbosa & Azor. locis allegatis.

PUNCTVM IX.

De quoadiutoris earumque qualitatibus.

1. Coadiutoria duplex perpetua, & temporalis; neutra est beneficium.
2. Iuxta impedimentum coadiuti coadiutor conceditur.
3. Ex redditibus beneficij assignando est coadiutori congrua portio.
4. Expenduntur cause, ob quas coadiutoria datur.
5. Episcopis, aliisque superioribus solus Pontifex coadiutorem assignat, reliquis Legatus Nuntius, & Episcopus.
6. Hac coadiutoria ab inferiore Pontificis data non debet esse perpetua, sed temporalis. Neque appellatione suspenditur.
7. Solus Pontifex assignat coadiutorias cum futura successione.
8. An hæc designatio contraria sit Concilio? Proponitur dubitandi ratio.
9. Quid sit tenendum.
10. Satisfit rationi dubitandi.
11. Quas qualitates coadiutor habere debeat.
12. Ob coadiutoriam temporalis non excusatur parochus insufficientis à residendo.

Coadiutoria est facultas alicui concessa adiuvandi beneficium in beneficij regimine: Ab officio enim coadiutor dicitur coadiutor: sic Ioann. Andr. cap. fin. de cleric. non residentib. num. 4. Abbas sub num. 1. Imola num. 2. Anton. de Butrio num. 4. Duplex est coadiutoria, alia temporalis, alia perpetua, alia cum iure succedendi in beneficio, alia sine tali iure. Quocumque modo concedatur coadiutoria, non est beneficium; quia coadiutori abique futura successione solum conceditur functio, & regimen beneficij, non quidem iure, habitus, & potestate, sed facto ipso. Per futuram autem successionem solum datur ius ad beneficium, non ius in beneficio. Ergo coadiutoria beneficium non est: sic Abbas cap. de rectoribus. de cleric. agrotante. num. 6. Azor. 2. p. insit. mor. lib. 3. cap. 2. quæst. 4. Quapropter coadiutus beneficium retinet, tamen si impotens sit illud administrare. cap. ex parte. de cleric. agrotante. cap. unica. eodem tit. in 6. Trident. sess. 25. de reform. cap. 7. & tradit Nauarr. cons. 1. de cleric. agrotante. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 9. num. 32. Garcia de beneficiis 4. par. cap. 5. num. 5. Neque obstat text. in cap. tua nos. de cleric. agrot. ibi; ab administratione officij debet remoueri. Quia intelligitur de administratione non quoad potestatem, sed quoad exercitium, à quo leprosus ob scandalum, & horrorem atendus est, & coadiutor subrogandus: sic tradit Garc. & Azor. locis citatis.

2. Ex his fit iuxta impedimentum coadiuti coadiutorem concedi. Si enim coadiutus tam temporalis, quam spiritualis administrare impeditus est, coadiutori concedenda est libera potestas spiritualium, & temporalium administrandi. At si temporalia administrare potest, solum concedendus est coadiutor pro spiritualium administratione. Quia coadiutor ad supplendum impedimentum coadiuti designatur: sic Azor. 2. p. lib. 3. c. 9. q. 10. Aug. Barbosa 3. p. de potest. Episc. alleg. 63. n. 13.

3. Huic coadiutori ex redditibus beneficij obliganda est congrua portio pro qualitate ministerij impenso, iuxta Trid. sess. 25. c. 6. de reform. Quod si beneficij redditus tenues sint, & beneficiario, & coadiutori insufficientes, in sustentationem beneficiarij expendendi sunt, & coadiutori alia via prouidendum est, quia in equali necessitate beneficiarius proprius præferendus videtur suo vicario: sic Abbas c. de Rectorib. de cleric. agrot.

tant. n. 5. Aloysius Riccius refol. 494. n. 11. Aug. Barbosa 3. de potest. Episc. alleg. 63. in fi. Ad prouidendum tamen coadiutori cogi potest populus per Episcopum, si quidem coadiutor indiget, vt sibi spiritualia immittere. Ergo tenetur ei temporalia subministrare: sic Barbosa. Riccius, supra, & Azor. 2. part. lib. 3. cap. 2. quæst. 9.

4. Cause, ex quibus coadiutoria datur, multiplices sunt, sed omnes reducuntur ad impotentiam, vel negligentiam coadiuti, qui non valet, vel non vult beneficio letare, & eius muneri plene satisfacere. Impotentia ergo provenit potest vel ex ætate prouecta, vel ex debilitate corporis, vel ex amentia, vel ex alia infirmitate, ac denique ex defectu scientiæ, & prudentiæ; negligentia vero provenit ex malitia. Ex quacumque igitur causa proueniat defectus in beneficij officio, & per beneficium non reparatur, dari potest coadiutor, colligitur ex cap. tua nos. de cleric. agrotante. & c. pastoralis. eodem tit. in 6. & Trid. sess. 21. c. 6. de reform. & tradit Azor. 2. p. insit. mor. lib. 3. c. 2. q. 3. Gonzalez de mensib. glossa 5. §. 9. n. 19.

5. Hanc coadiutoriam Episcopis, aliisque superioribus assignare nupus est solus Pontifex: quia solus ipse est Episcoporum superior. c. pastoralis. de cleric. agrot. in 6. & notat Azor. 2. p. insit. mor. lib. 3. c. 2. q. 2. & multis relatis Gonzalez gloss. 5. §. 9. n. 34. & 35. Ex potestate autem Pontificia Episcopis sentio, vt va. etudine grauat, vel etiam aliis impeditus perpetuo, vt officium suum nequeat exercere, potest de sui consilio, & assensu capituli, vel maioris partis ipsius vnum, vel duos autoritate Apostolica coadiutores assumere ad dictum officium exequentium. Si vero Episcopus demens fuerit, & quid vellet aut nollet, exprime nesciat, vel non possit; tunc eius capitulum, vel duæ ipsius partes eadem autoritate vnum, aut duos coadiutores assumunt idoneos, qui eius officium exequantur. Quod si Episcopus senio, vel morbo, aut aliis impeditus nolent coadiutorem designare, res deferenda est ad Pontificem, neque ab alio decidi potest: habetur in dict. c. pastoralis. Hic ergo Episcoporum coadiutor non potest Ecclesiam vitam dismembrare, neque in causa parouatus exigere. Gonzalez gloss. 5. §. 9. n. 35. Aliis vero clericis inferioribus potest legatus Nuntius, & Episcopus coadiutores assignare; quia iis, quibus beneficiorum institutio pertinet, à fortiori pertinere debet coadiutorij assignatio: sic Ioann. Andr. c. si. n. 7. de cleric. agrot. Abbas n. 5. Inola n. 11. Gimb. de offic. & potest. leg. lib. 5. tit. de coadiutorib. n. 3. Gonzalez gloss. 5. §. 9. n. 36.

6. Hæc tamen assignatio non debet esse perpetua & irrevocabilis, sed ad tempus secundum vtilitatem, & necessitatem Ecclesiæ, vt expresse colligitur ex Trid. sess. 21. c. 6. de reform. ibi, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possunt, quacumque appellatione, & exemptione remota. Quod si huic assignatione interponatur appellatio, non suspendit eius executionem, tamen ad superiorem deferat causam, vt testatur Garc. de beneficiis. 4. p. c. 5. n. 9. Barbosa supra d. loco concilij & 3. p. de potest. Episc. alleg. 63. n. 30. sic declarasse sacrum concilij congregacionem: quia non habet effectum suspensionum, sed solum deuolutorium. Quam appellationem aduertunt supradicti doctores ad Metropolitanam interponi posse, tamen Episcopus, vt scilicet Apostolica delegatus, procedat, quando procedit in causa, ad quam alias habet iurisdictionem ordinariam. Secus vero si solum procedit in causa, quæ extra illius iurisdictionem ordinariam est, vt conuenit, cum procedit contra exemptum.

7. Coadiutorias veto perpetuas cum futura successione solus Pontifex assignare potest, ita vt nec legatus à latere id possit. Quia solus Pontifex ius commune alterare potest: at ex iure commun. omnis promissio, seu promissio beneficij vacaturum iura est, & inanis. cap. nulla. cap. relatum. cap. ex tenore. de concessio. prebenda. & tradit Azor. 1. part. insit. mor. lib. 3. cap. 2. quæst. 2. Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 6. artic. 20. n. 3. & segg. Garcia 4. part. de benef. cap. 5. num. 16. Gonzalez gloss. 5. §. 9. num. 91. & alii apud ipsos.

8. Dubium tamen est non leue; an harum coadiutoriarum designatio cum futura successione contraria sit conciliorum decretis, vt prouide in eorum concessione debeant ipsa factem sub generali clausula derogari? Ratio dubitandi, est, quia successionem in beneficiis ius ipsum detestatur, ne videatur concedere occasionem captandæ mortis, vel saltem optandæ, cap. si Petrus. cap. Episcopo. cap. plerique. cap. apostolica. 8. quæst. 1. & habetur in Trident. sess. 25. cap. 7. de reform. Ergo harum coadiutoriarum designatio contraria est conciliorum decretis. Ergo debent in eorum concessione derogari.

9. Ceterum credo nulla esse opus derogatione. Tum quia hæc designatio à Romano Pontifice facta contraria non est vili concilij decreto. Nam concilium Lateranense relatum in cap. licet de prebendis. in 6. has successiones prohibens exercit, nisi id fiat autoritate Romani Pontificis. Concilium vero Trident. in supra d. cap. 7. etiam in beneficiis aliis à prælatura Ecclesiæ cathedralis, & monasterij non excipit expresse Romani Pontificis autoritatem: ar in vlt. decreto, sess. 25. Romani Pontificis autoritatem

thoritate excipit. Inquit enim concilium Omnia in dicto sacro concilio...

10 Neque oblat ratio dubitandi. Admitto successione in beneficiis...

11 Qualitates autem quas coadiutor habere debet, sunt quas beneficium ad sui administrationem expostulat...

12 Ex huiusmodi coadiutoris temporalibus parochia ob eius insufficientiam assignatis, non excusatur parochus ad residentiam...

PUNCTUM X.

Examinantur aliquot difficultates circa coadiutorias prebendarum Ecclesie cathedralis, & collegiatae.

- 1 His coadiutoribus conceditur ius administrandi prebendam cum iure succedendi in illa.
2 An coadiutor tenetur pro coadiuto inferuire, coadiuto sic pe-
tente? Distinctio dicitur Nauarr.
3 Probabilis est obligatum esse.
4 An absente, vel agraute coadiuto possit coadiutor choro assistere, & vocem habere in capitulo nolente coadiutor Negat Garcia. Affirmat Nauarr.
5 Quid sit tenendum explicatur.
6 Coadiuto legitime impedito, tenentur coadiutor inferuire volente coadiutor.
7 Proponitur difficultatis ratio. Resoluitur obligatum esse.
8 Satisfit rationi dubitandi.
9 Coadiutor infirmus, vel alius impeditus an sit pro presenti habendus, sub distinctione respondet Garcia.
10 Non placet distinctio, & affirmatur habendum esse pro presentibus.
11 Debetur coadiutori sedes proprietarii.
12 Arguitur pro parte affirmatiua.
13 Resoluitur non deberi sed ultimam post proprietarium.
14 Neque habet ius ascendendi ad superiorem sedem.
15 Non tenetur coadiutor in ingressu soluere, quoad alij proprietarii solunt.
16 Qualiter coadiutor possit dies recreationis assumere, sicut &

principalis.

- 15 Repetendum sit presentis coadiutor infirmus, vel impeditus? Affirmatiue respondetur. & reuocatur limitatio Garc.
16 Excommunicato coadiuto coadiutor a diuinis expellendus non est.
17 Coadiutor vocem actiuam, & passiuam in electionibus canonicatum, & in officij sede vacante habet.
18 Coadiutor potest se iurare beneficio iubilationis, & lucrari fructus tamen coadiutor non inferuiat.
19 Qua ratione intelligenda sit gratia coadiutori concessa, ut gaudeat regula de annali, & trienniali possessione.
20 In Ecclesia ubi proceditur cum adiutis, an coadiutor delinquens puniendus cum illis est? Negat Garc. contrarium videtur verius.
21 Coadiutor in minoribus constitutus gaudet fori privilegio.
22 Tenetur coadiutor habitum clericalem, & tonsuram deferre.
23 An coadiutor debeat exire de capitulo, quoties tractatur negotium spectans ad coadiutum, vel econtra? Negat Garcia. Contrarium verius est.
24 Coadiutor, & coadutus non possunt simul tanquam prabendati inferuire.
25 An canonicus coadiutor dignitatis preeminetias, que dignitati canonico competunt, habeat? Concedit Garc. Sed contrarium est verius.
26 Coadiutori canonico dignitatis, an sufficiat ad lucrandos fructus competentes dignitati, residere eo tempore, quo proprietarius dignitatis si residere lucraretur? Proponuntur certa.
27 Quasi sit facta reuelo Garcia.
28 Qualiter coadiutor optare possit nouam prebendam, ac si coadiutore careret.
29 In Ecclesia, in quibus ius optandi non est lotus optioni in prebendis coadiutorem habentibus, vacantibus per obitum coadiutori.
30 Coadiutoria an inducat incompatibilitatem cum alio beneficio.
31 Qualiter coadiutor cedere coadiutoria possit.
32 Noceat confessio coadiutoris coadiuto, vel econtra.
33 Qualiter sententia lata contra coadiutum noceat coadiutori, vel contra coadiutorem coadiuto, aut aliis coadiutoribus?
34 Si tempore data coadiutoria mortuus sit coadiutor, coadiutor non succedit, tamen contra videatur seruire Gonzal.
35 Coadiutor committere vices suas alteri potest in electionibus, & provisionibus, sicut coadiutor.
36 An dignitas, qua simul est coadiutor alicuius canonici, duplicem vocem in capitulo habeat.
37 Affirmatiue respondetur contra Garc.
38 Habens coadiutorem in dignitate, & canonicatus potest ipse in uno seruire, & in alio coadiutor.
39 An coadiutor dignitatis, & canonici possit esse index delegatus? Negat Garc. Contrarium videtur verius.
40 Coadiutor legens in vniuersitate, vel seruiens Episcopo, non videtur pro presenti habendus.
41 An coadiutores potiantur privilegio concessio coadiutoris lucrandi fructus aliorum beneficiorum si in cathedrali resident? Negat Garcia. Sed contrarium verius est.
42 An coadiutor debeat habere ordinem quem petit dignitas, seu beneficium in coadiutoriam acceptum? Sub distinctione respondetur.
43 Quid dicendum de coadiutore canonici seu dignitatis non curate?
44 Onera sui coadiutori tantum tenetur coadiutor subire.
45 Multa, que canonici imponuntur, imponi proprietariis possunt ob culpas coadiutoris.
46 Ecclesia cathedralis non possunt coadiutores designatos a Pontifice non admittere, aut repellere.
47 Coadiutor tenetur coadiutori congruam ministrare portionem.
48 Coadiutor in impetratione coadiutoria tenetur mentionem facere de beneficiis obtentis.
49 Ob hanc taciturnitatem nulla est gratia coadiutoria facta, non solum quoad successionem, sed etiam quoad seruium.

HVicusque explicuimus qualitates, & condiciones communes coadiutoris. Restat aliquot speciales difficultates, que occurrere possunt, examinare pro coadiutoris canonicatum, & prebendam Ecclesie cathedralis, & collegiatae, quarum vltus factis frequens est his temporibus. Has difficultates congeffit Garc 4 part. de benef. c. 5. a n. 55. & suo ordine eas percurramus, vt sic clarius intelligatur, quid nobis probetur, quid displicat.

1 Et in primis supponendum est, vt ipsemet Garcia supponit, his coadiutoribus concedi facultatem, & potestatem tam in temporalibus, quam in spiritualibus administrandi prebendam cum iure succedendi in illa, ita vt absente coadiuto loco illius

lius uti præbendæ proprietatis inferuire possit, & stallum in choro, & locum, vocemque in capitulo, processibus, alii- que Ecclesiæ actibus habere, nec non omnes, & singulas prærogatiuas, præminentias, & honores, quos principalis ratio- ne canonicatus, & præbendæ, seu dignitatis habet, & habe- ret, si præiens adesset, lucraturque omnes, fructus, & proventus, etiam annuatim, & manualia quos lucraretur pro- prietarius, si personaliter horis diurnis, & nocturnis adesset. His coadiutoris apponi solet. Primo, ne possit coadiutor in regimine præbendæ se intromittere, nisi pro voluntate coadiutori- secundo, ne prætextu coadiutorie aliquid exigere possit à coad- iuto pro seruitio impenso. Tertio, ut si inferuire d. faciat, ob cuius causam coadiutus non lucratur, ei soluat quod amittit. Hac gratia constituta.

2. Primam dubitationem mouet Garcia dicto cap. 5. nu- mero 55. An coadiutor teneatur inferuire pro coadiuto, sic coad- iuto presentem, aliàs obligatus sit ad interesse, & dampnum subie- curum.

Et quidem si coadiutoria expedita est eum clausula quæ hanc illi obligationem imponit, (ut communiter expediti solet) nemini esse potest dubium, obligatum esse. At si solum in co- adiutoria dicitur, ut possit inferuire, &c. negat Nauarr. consil. 1. de cleric. agrot. num. 3. Et 4. obligationem. Tum quia Papa eam illi non imponit. Tum quia si ex vi coadiutorie assignata eam obligationem contaheret, sed veretur Pontifex verbo *possit*, quod indicat liberam potestatem, sed veretur verbo *debet*, obli- gationem significante. Tum quia coadiutus non habet obliga- tionem sustentandi coadiutorem. Ergo neque coadiutori imponi potuit obligatio coadiuto seruandi: videntur enim hæc mutue obligationes.

3. Cæterum mihi placet sententia Garcia affirmantis volen- te coadiuto obligatum esse coadiutorem inferuire ex vi coad- iutorie assumptæ. Quia coadiutoria assumitur, ut coadiutus se excusare possit ab obligatione assistendi. At si coadiutor obliga- tionem assistendi non haberet, coadiutus assumpta coadiutoria non esset excusatus, neque satis sibi prouideret. Ergo ut ipse excusatus sit, sibi prouideret assumens obligationem. quam ipse ha- bet. Neque obstat, quod Pontifex non expresse hanc in co- adiutore adesse obligationem: quia ex assumpta coadiutoria satis significata erat: Vltus tamen est Pontifex verbo *possit*, ut si- gnificaret potestatem, & facultatem pro alio inferuendi, esse, quod præcipue, & principaliter in coadiutoria conceditur, obli- gationem tamen inferuendi inde resultat. Cui obligationi non obstat, quod coadiutus non habeat obligationem sustentandi coadiutorem. Tum quia ipse coadiutor cessit tali obligationi Tum & præcipue, quia loco illius concedit illi Pontifex futu- ram successorem. Adde hanc obligationem coadiutoris non solum esse causatiuam, hoc est ad interesse, & dampnum repa- randum, quod coadiuto prouenit: sed esse obligationem præci- sam ad assistendum ita ut per iudicem centuriis, aliique iuris remediis compelli possit.

4. Secundo dubitatur an absente, vel ægrotante coadiuto pos- sit coadiutor choro assistere, & vocem habere in capitulo no- lente coadiuto? Negat Garcia dicto 4. parti de benef. cap. 5. à n. 59. Mouetur, quia coadiutori prohibetur perceptio fructuum, & præbendæ administratio nolente coadiuto: sed sub præbendæ administratione continetur assistentia in choro, capitulo, alii- que canonicis actibus. Ergo. Contrarium defendit Nauarr. dicto consil. 1. num. 5. Et 6. de cleric. agrot. Et mouetur, quia assistentia in choro, alii- que capitularibus actibus videtur à Pontifice independentem à voluntate coadiuti concessa: si quidem loquens de his actibus nullam voluntatis coadiuti mentionem fecit, fecit tamen cum de regimine, & administratione præbendæ loqueretur: Ergo coadiutor nolente coadiuto non poterit præbendam regere & administrare, hoc est iurisdictionem forensis, si quam habet, exercere, bene tamen poterit choro, alii- que capitularibus actibus assistere.

5. Ego vero sentio ex qualitate voluntatis coadiuti hanc controuersiam decidendam esse: si enim coadiutus inique age- ret, nullo impedimento ligatus, neque coadiutorem habens, si non assisteret, inique etiam procedit impediens coadiutoris assi- stentiam. Ergo talis iniqua voluntas repellenda est. Et confir- mo, absente, vel ægrotante coadiuto vtile est Ecclesiæ coadiu- torem inferuire, quia ad hoc munus obendum coadiutoria con- ceditur. Ergo dissentus coadiuti in hac parte, tanquam iniurius, habendus est pro non adiecto. Ergo illo non obstante poterit coadiutor inferuire. Verum in actibus capitularibus, à quorum assistentia rationabili causa ductus se excusare coadiutus possit, sentio posse coadiutoris assistentiam impedire, quia in hoc ius- sit videtur procedere. Quod si roges, qui sint hi actus, à qui- bus se coadiutus excusare potest iuste, & coadiutorem impedi- re? Respondeo esse actus, proprium vtilitatem coadiuti res- picientem, vel perceptio fructuum præbendæ, aliisque tempo- ralis illius administratio, vel ex quibus aliquid dampnum coad- iuto, vel tercio euenit, ut est praua electio, & suffragium no- eum. At actibus, qui vtilitatem Ecclesiæ spectant, & religio- nem promouent, ut est assistentia in choro, processibus,

alii- que religiosis actionibus nequaquam coadiutus impedire coadiutorem potest, ne assistat, si ipse assistere noit, vel non possit. Cum enim in bulla prohibetur coadiutori nolente coad- iuto præbendæ administratio, subintelligitur, cum iuste pro- hibet, secus cum iniuste, quia iniquitati fauendum non est.

6. Maius mihi dubium est, an teneatur coadiutor inferuire coadiuto infirmo, vel legitime impedito volente tamen, ut coadiutor inferuiat? Ratio difficultatis est, quia coadiutor per- sonam coadiuti representat. Ergo coadiuto excusato à residen- tia excusari debet coadiutor. Et confirmo, quia coadiutori con- ceduntur omnes prærogatiuæ & præminentia, quibus gaudet coadiutus, sed coadiutus est excusatus à residentia: Ergo & co- adiutor. Confirmo secundo. In coadiutorem translata est obliga- tio assistendi, quam habet coadiutus, sed coadiutus tempore infirmitatis nullam habet. Ergo neque coadiutor. Cæterum dic- endum est obligatum esse coadiutorem inferuire, colligatur ex decisione Rotæ in vna Tetraconen. relata à Garcia dicto cap. 5. num. 152. in fine, & tradit Farinac. de res. nouis. tom. 2. de res. 276. Ratio est, quia coadiutor in hunc finem datus est, ut impedito coadiuto ipse loco illius inferuiat, ne Ecclesiæ debito seruitio defraudetur. cap. 1. de cleric. agrot. in 6. Trident. Sess. 25. c. 6. qui finis obtineri non possit, si impedito coadiuto non teneatur coadiutor inferuire.

7. Neque ratio difficultatis obstat, quia coadiutor representa- tur coadiuto in præbenda, non in infirmitate. Ad confirmatio- nem concedo coadiutori concedi omnes prærogatiuas, & præ- minentias, quæ competunt coadiuto ratione præbendæ, non ta- men quæ competunt coadiuto ob infirmitatem. aliam circum- stantiam extrinsecam. Ad secundam confirmationem admitto in coadiutorem translata esse obligationem assistendi quam co- adiutus habet ob præbendam: non tamen translata esse peio- nales excusationes.

Adde coadiutorem non residentem, seruata iuris forma, pri- uari posse coadiutoria, & alteri concedi, quia res Ecclesiæ, & re- ligionis agitur. Neque obstat obligatum esse coadiutorem sol- uere coadiuto interest, & dampnum si non resideret, quominus priuari non possit, quia in illa solutione spectatur coadiuti in- teresse, in hac priuatione Ecclesiæ seruitium: & ita resolut Farinac. l. 1. nouis. de res. 276. n. 4.

8. Tertio dubitatur an coadiutus infirmus, vel aliàs legitime impeditus habendus sit pro præfenti, tamen coadiutor non inferuiat?

Distinctione vtitur Garcia dicto cap. 5. numero 64. dicit nam- que habendum esse pro præfenti, & distributiones lucrati, si no- lit coadiutorem assistere, quia tunc excusatur coadiutor ab assi- stentia, cum non possit sine voluntate coadiuti inferuire, & ex alia parte ipse est legitime impeditus. At si suo impedimento non obstante vult coadiutorem inferuire, & coadiutor deficit, censet coadiutum non reputandum ut præfentem, sed potius esse mulandum, ipsumque coadiutorem obligatum esse ex propria hæc reparare. Ratio esse potest, quia coadiutoria assignata, ne Ecclesiæ seruitium deficiat ob infirmitatem, & impedi- mentum coadiuti: qui finis omnino cessaret, si coadiutor obli- gatus esset à seruitio, quoties coadiutus seruire impeditus esset.

9. Verum hæc distinctio mihi non probatur. Potius enim iudicarem mulandum esse coadiutum impeditum nolentem, ut coadiutor inferuiat, quam volentem: quia nolens ut inferuiat repugnat fini, ob quem est coadiutoria assignata, & inique procedit, eiusque voluntas habenda est pro non adiecta. At volens ut inferuiat, iuri se conformat. Quapropter sentio coad- iutum legitime impeditum, siue velit ut coadiutor inferuiat, siue non, habendum esse pro præfenti, & dist. ributiones lucrati, tamen coadiutor non inferuiat. Ratio est, quia infirmo, legiti- meque impedito assistenti debentur beneficii fructus independen- ter à coadiutoris assistentia, ut constat in eo, qui coadiuto- rem non habet, cap. 1. vnic. de cleric. non resident. in 6. Ergo ob deterioris conditionis esset coadiutorem habens quam illo carens, & privilegium sibi concessum, in sui dampnum cederet. con- tra c. ad Apostolicam, de Regular. c. quod ob gratiam, 61. de Reg. iur. in 6. Et ita docet Gonzalez de reg. mens. gloss. 5. p. mag. 9. n. 120. Nauar. cens. de cleric. agrot. n. 6.

10. Quarto dubitatur, an coadiutori assignanda sit sedes pro- prietarij, vel potius vitima post omnes proprietarios, ita ut di- goitatis sit coadiutor post dignitates sedere debeat si coadiutor canonici post canonicos si portionarij post portionarios. Quam difficultatem optime veniat Gonzalez gloss. 5. par. 9. à numero 99. arguit quæ pro parte affirmata debet eadem redem. Primo, quia subrogatus lapit naturam eius in cuius locum subrogatur, leg. si cum, s. qui iniuriarum ff. si quis cautionib. leg. filia. iur. §. Titia. ff. de condit. Et demonstrat. leg. in duobus §. 1. ff. de iuratu- rando §. fuerit, in fin. de actionib. sed coadiutor subrogatur in locum proprietarij. Ergo frui debet prærogatiuis ipsi concessis. Secundo, in gratia coadiutorie habetur, ut coadiutor gaudet omnibus præminentias, & honoribus tam extra chorum, quam intra, quos proprietarius ratione canonicatus, & præbendæ ha-

bet, sed ratione canonicatus obinetur locum honorificum in choro Ergo illum obinere poterit coadiutor. Tertio, adducit decisionem Rotæ, decis. 1. n. 17. de renunciatis, in nonis, ubi habetur quod religiosus beneficium reseruat sibi regressu in choro, & capitulo mortuo resignatario succedere in loco in quo antea erat. Ergo etiam coadiutor debet succedere. Quarto probat, quia sic Nauar. consulti, ut habetur cap. 1. de clerico egrotante. numero 4.

11. Sed his non obstantibus optime resoluit Gonzalez, coadiutori non debetur sedem coadiuti, sed vltimam post omnes proprietarios: consentit Garc. 4. part. de benefice, cap. 5. a numero 66. & adducit pro se decisionem Rotæ in vna Salmantina coadiutorie, 25. Iunii 1593. coram D. Penna, tradit latin. tom. 2. nouissim. decisio 257. numero 3. Et decis. 456. Ratio à priori est, quia sedes honorabilior non debetur præbendato ratione præbendæ, sed ratione illius antiquæ possessionis, vt de se constat. Ergo cum coadiutor solum in præbenda subrogetur, & non in illius antiquitate; efficitur sane locum possessionis illi debent non esse, esse tamen illi debitum locum præbendæ, & arque adeo sedere debet, ubi sedent præbendarij proprietarij, non autem illos præcedere. Secundo, argum non erat, vt fictus canonicus veros præcederet & aliena dignitate fugies eos, qui propriam habent. Tertio, quia ita in omnibus Hispaniæ Ecclesiis est prædictum. Neque obstant contra, Ad 1. & 2. dico coadiutores subrogari loco coadiuti in præbenda, non in illius antiquitate, & similitet sui omnibus prerogatiuis debetur præbendæ, non illis quæ debentur illius antiquitati. Ad 3. admitto resignantem tunc obinere locum priorem, quia cum illa conditione facta fuit resignatio, secus in presenti, ubi coadiutorie non datur sub hac conditione. Ad 4. respondeo, consilium Nauarici amittendum non esse.

12. Sed maius dubium est, an esto coadiutori non debeat sedes proprietarij habere tamen ius ascendendi ad superiorem sedem, ut vt præcedere possit canonicos proprietarios nouiter ingressos. Affirmat Rota in causa Salamant. & Tirafon. pro vt refert Garc. d. 4. part. de benefice, cap. 5. specialiter numero 552. dicitque illam sed. m. quam obinet coadiutor tempore obitus coadiuti, illi esse assignandam. Mouetur, quia coadiutori conceduntur omnes prerogatiuæ, & præuentiones, & honores qui conceduntur principali ratione præbendæ, sed principali ratione præbendæ conceditur, vt vltimo loco sedens paulatim ascendat. Ergo idem ius concedendum est coadiutori. Nihilominus contrarium dicendum est cum Gonzalez, Garc. locis allegatis, & nouissimè traditur à Rota decisio. 4. 6. n. 24. Farinac. in nouissimè. Quia nunquam est admittendum fictum vero præferri, & alieno iure fulgentem, ei qui proprio gaudet, & praxis ita doctorum semper coadiutor canonici vltimo loco sedet post omnes canonicos proprietarios, neque durante coadiutoria locum superiorem obinet quia hæc potestas ascendendi ad superiorem locum non ratione præbendæ in potentia conceditur, sed illius possessione, quam cum coadiutor non habeat, nequit locum superiorem obinere, eaque de causa mortuo coadiuto, illi vltima sedes assignatur, quia est vltimus, cui possessio præbendæ est concessa.

13. Quinto dubitat, an coadiutor in ingressu debeat soluere, quod soluent alij canonici proprietarij, videbatur id esse affirmandum, quia habens commodum, & honorem canonicorum, illorum onera sentire debet. At contrarium est dicendum ex supradicta ratione. Quia coadiutor non sentit temporale commodum. Ergo neque sentire debet onus illi annexum. Item coadiutor mortuo coadiutor soluit pensum ab alijs canonicis solutum. Ergo non tenetur illud soluere, dum est coadiutor, & tenet Garc. d. c. 5. n. 78.

14. Sexto dubitat possitne coadiutor dies quietis assumere, sicut & principalis? Affirmatiuè respondet Garc. num. 79. cum Gonzalez gloss. 5. §. 9. num. 13. Nauar. dicto cons. 1. de clerico egrot. numero 6. vers. octauo. Gratian. discept. forens. cap. 166. num. 12. & restantur decisum esse à Rota in causa coadiutorie Salmantinae: consentit Barbosa 3. par. de potest. Episc. alleg. 53. num. 12. Ratio est, quia hoc priuilegium præbendatis conceditur ob seruitium continuu totius anni, quod concilium illa recreatione iudicatur temperandum: sed coadiutor toto anno assistens præstat tale seruitium. Ergo gaudere debet tali priuilegio. Aduertunt tamen Garc. Gonzal. reliquique doctores, hoc intelligendum esse, dummodo proprietarius non assumat alios dies diuersis recreationis, sed inter coadiutorem, & proprietarium iidem consumantur: quia caplibet beneficij seruitio assignati sunt dies recreationis, quod non licet extendere. Alias Ecclesia defraudaretur, si proprietarius tres menses recreationis assumeret, & coadiutor alios tres distinctos assumeret enim coadiutor, vel proprietarius non solum tres, sed sex menses recreationis, quod non est dicendum.

15. Septimo dubitatur reputandus sit tanquam præsens coadiutor infirmus vel cæcatus, aliove iusto impedimento detenus, ni assistat? Affirmatiuè respondet Garc. numero 80. Gonzalez numero 15. Gratian dicto numero 12. ex supradicti. Rota decisio. Quia coadiutor obligationem assistendi, & beneficii inferendi, quam habebat, transfuit in hanc coadiuto-

tem perpetuum, sed ab hac obligatione excusatur coadiutor ob infirmitatem, iustum vel legitimum impedimentum, sicuti excusaretur ipse coadiutor coadiutore carens. Hoc autem (dicit Garc. intelligendum esse, casu quo coadiutor tempore supruentis infirmitatis esset actu seruicus. Nam si ante infirmitatem ex voluntate coadiuti non seruitur ob superuentem infirmitatem excusari non posset à seruitio, quia daretur locus fraudi in detrimentum seruitij Ecclesiæ. At hæc limitatio mihi non probatur. Existimo namque infirmitatem esse sufficientem causam excusationis, siue ante reledit, siue non, vt latius probaui, cum de hotis canonicis locutus fui, qui cum ipsa reddat coadiutorem impotentem residere, sufficit ad excludendum, independenter à præcedenti residentia.

16. Octauo dubitatur, an excommunicato coadiuto possit coadiutor inferuire, & fructus præbendæ lucrari? Ratio dubitandi est, quia excommunicatus incapax est acquirendi beneficiorum fructus, ex cap. pastoralis, §. verum de appellatione. Quod non solum intelligendum est de acquisitione per propriam personam, sed de acquisitione per personam, quæ illum representat: iuxta reg. 67. Quod alicui suo non licet nomine, neque alieno licebit, & reg. 72. Qui facit per alium est perinde ac si faceret per se ipsum. Quapropter in casibus, in quibus excommunicatus excluditur, neque per suum procuratorem admitti potest. Sed à residentia in diuinis officiis, & acquisitione fructuum excluditur excommunicatus. Ergo etiam illius coadiutor excludi debet, quia illius personam representat. Caretur dicendum est, coadiutorem excludendum non esse ab assistentia in diuinis officiis, aliisque muneribus præbendæ ob excommunicationem coadiuti, sic Garc. 4. part. de benefice, cap. 5. num. 84. cum Leo in thesauro, cap. 19. num. 66. & referunt decisum à Rota in supradicta coadiutoria Salmantina. Ratio est, quia coadiutor ea munera non præstat ex potestate accepta à coadiuto, sed ex potestate à Romano Pontifice, qui illum constituit coadiutorem cum plena, liberaque beneficij administratione: Ergo coadiuti excommunicatio eius potestatem impedit non potest. Secus vero esset, si nomine coadiuti, & ex potestate ab illo accepta beneficio inferuiret, quia tunc nihil amplius posset, quam posset ipse coadiutus. Ex quo fit coadiutorem proprietarij excommunicati æque posse sibi lucrari stipendium debitum ob assistentiam, si aliquod ei est assignatum, ac si coadiutus excommunicatus non esset; quia non seruit nomine coadiuti, sed nomine Ecclesiæ ex potestate à Pontifice concessa: sic doctores supra relati. Non tamen potest suo proprietario excommunicato fructus præbendæ lucrari, non ob defectum aliquem, quem ipse habet, sed ob incapacitatem, & inhabilitatem, quam habet proprietarius. Tenent supradicti doctores.

17. Nono dubitatur, habeat ne coadiutor vocem actiuam, & passiuam in electionibus canonicatum, & in officiis sede vacante? Affirmatiuè respondet Garc. dicto cap. 5. numero 87. cum Leo in thesauro, cap. 19. num. 69. & 70. & Rota, in dict. decis. Salmantina relata à Garcia num. 150. Ratio est manifesta; quia huic coadiutori conceditur plena, & libera potestas præbendam administrandi, perinde ac si proprietarius præsens esset. Item conceduntur omnes prerogatiuæ, præuentiones, & honores, qui ratione præbendæ coadiuto competunt. Item conceditur, vt possit vocem in capitulo habere. Sed ex qualibet harum concessione eligere, & eligi potest. Ergo. Addit & bene Garcia, num. 88. hoc verum esse, tamen in coadiutoria dictum esset, vt possit coadiutor habere vocem actiuam in capitulo: nam ex illa concessione non inferatur, quod non possit vocem passiuam habere; illa enim verba ad maiorem declarationem debent teneri prolata, non ad potestatis diminutionem. Nunquam tamen poterit exercere officia, & munia, ad quæ coadiutor electus est: quia illa officia non competunt coadiuto ratione præbendæ, sed ratione personæ: ac proinde non potest coadiutor in illis succedere, Garc. supra.

18. Decimo dubitat Garc. dicto cap. 5. numero 89. an canonicus habens coadiutorem possit se iuuare beneficio iubilationis in ea Ecclesia competenti, & lucrari fructus, tamen coadiutor non resideat? Cui dubitationi respondet optime cum Rota in vna Tirafon. coadiutorie, quam refert d. cap. 5. num. 152. circa finem. iuuari quidem beneficio iubilationis, & lucrari fructus, & distributiones, si proprio seruitio iubilationem obtinuit; quia ex assumpta coadiutoria illo priuari non debet. Ex seruitio autem coadiutonis obinere coadiutus iubilationem non potest, quia hoc priuilegium conceditur in remunerationem personalis laboris, & cessat si coadiutor inferuiat.

19. Vndecimo dubitat Garcia dicto cap. 5. n. 90. quæ ratione intelligenda sit gratia coadiutori concessa, vt gaudeat regula de annali, vel trienniali possessione?

Cui dubitationi bene respondet Garcia & Gonzalez gloss. 5. numero 118. cum Rota in vna Placentina decanatus 21. Ianuarij. 1597. coram D. Penna, intelligi debere, si post admissionem ad coadiutoriam, & illius possessionem, transferat annus, iuxta reg. de annali, vel trienniali, iuxta reg. de trienniali, tamen si in præbenda non successerit. Quæ gratia ad plures effectus, vt bene dicit Gonzalez, prodesse potest.

20. Duodecimo dubitat, an in Ecclesia, ubi proceditur cum adiuu

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

adiunctis, si coadiutor delinquat, puniendus sit cum illis, sicuti est coadiutor.

Negat Garc. *dist. 4. part. de benef. cap. 5. numero 96.* consentit Barbosa *de potest. Episcop. 3. part. alleg. 73. n. 11.* & statuit sic fuisse decimum à facta concilii congregatione eo quod coadiutor non sit canonicus, & consequenter nec capitularis. Neque ex clausula ordinaria coadiutoriae, qua coadiutori omnes praerogativae, & omnes coadiutori conceduntur, inferitur concessum esse illi hoc privilegium de adiunctis; quia haec clausula intelligitur de praerogativis, & praerogativis quoad servitium Ecclesiae, non quoad proprium delictorum punitionem.

Cæterum ego crederem cum adiunctis puniendum esse coadiutorem, sicuti puniretur coadiutus.

Quia eo ipso, quod coadiutori conceditur, ut habeat vocem in capitulo, ita illi in choro, & canonicorum vestem, aliaque canonicorum privilegia, sit de capitulo, per ea quae tradit Felin. *in c. cum accessissent. n. 34. de constitutionib.* sed omnibus de capitulo hoc privilegium est concessum, ut constat ex Trident. *sess. 6. c. 4. de reform. & sess. 25. capit. 6. de reform.* Ergo quantum coadiutor non sit canonicus, quia tamen est de capitulo, habet supradictum privilegium. Item in gratia coadiutoriae expressè conceduntur coadiutori omnes gratiae, praerogativae, praerogativae, & honores, quos coadiutus haberet ratione praebendae abique, vlla Ecclesiasticae servitij limitatione. Sed ratione praebendae habet coadiutus privilegium, ut ab Episcopo cum adiunctis iudicetur. Ergo idem habere debet coadiutor.

21 Decimo tertio dubitat, an coadiutor in minoribus ordinibus constitutus gaudeat fori privilegio: affirmatiuè respondet Garcia *n. 98.* & bene, dummodo Ecclesiae serviat, si quidem ei servit ex designatione Pontificis, quae nobilior est Episcopi designatione.

22 Decimo quarto dubitat Garcia *num. 99.* an teneatur coadiutor habitum clericalem, & tonsuram deferre: Respondet affirmatiuè, & bene, quia est beneficium non habeat, habet tamen ius considerabile ad illud, & ex alia parte Ecclesiae servitio est deputatus. Sixtus autem V, in *sua constitut. 38. de habitu, & tonsura clericorum*, praecipit non solum beneficia habentibus, sed habentibus ius ad illa habitum clericalem, & tonsuram deferre sub poena privationis omnium beneficiorum.

23 Decimo quinto dubitat, an coadiutor debeat exire de capitulo, quoties tractatur negotium pertinens ad coadiutum, vel contra: coadiutus si coadiutor negotium tractetur: Negat Garcia *dicto cap. 5. num. 105.* Movetur, quia coadiutor non inseruit nomine coadiuti, sed proprio. Ergo interesse, & commodum coadiuti nocere illi non potest. Ex quo inferit. Garc. posse coadiutorem suffragium dare in praebenda, quam praetenderet coadiutus, vel contra coadiutus in praebenda, quam praetenderet coadiutor, si negotium tractandum pertineret ad coadiutoriam: censet Garc. excludendum esse coadiutum, & coadiutorem, cum utriusque propria res sit.

Cæterum ego crederem, quemlibet excludendum esse, quoties negotium tractatur alterutius utilitatem principaliter respiciens, quia ob mutuam vnius ab alio dependentiam, & respectum, suspicio esse potest iniusti processus; merito ergo recusari potest. Item non solum quis exulari potest, cum suffragium ferre debet in utilitatem, & commodum proprium, sed etiam cum suffragium ferre debet in utilitatem, & commodum suorum. Sed commodum coadiuti respectu coadiutoris, & coadiutoris respectu coadiuti, reputandum est vel commodum proprium, vel suorum, quia vnius ad alium pertinet. Ergo.

24 Decimo sexto dubitat, an coadiutus, & coadiutor possint simul Ecclesiae servire, & in ea residere: Respondet Garc. *dicto c. 5. n. 107.* & bene, nequaquam posse simul inseruire, tanquam praebendatos, quia in utroque solum est vna praebenda; in coadiuto, tanquam in subiecto proprio; in coadiutore, tanquam in representante illum: sed vni praebendae non possunt simul duo servire in eodem officio. Ergo. Dixi in eodem officio. Nam si vnius choro assistat, alius interim est in capitulo, vel in Ecclesiae negotiis, & temporalium regimine, sicuti optimè potest, quia tunc neque dici duos vni praebendae formaliter simul inseruire. Possent autem in Ecclesia, & in choro alium ut canonicum, alium ut personam privatum assistere, nemini esse potest dubium, quia neque coadiutus ob coadiutoriam, neque coadiutor ob praerogativam coadiuti privari debet potestate inseruendi, cum solus vnius canonicus assistat.

25 Decimo septimo dubitat, an in Ecclesiis, in quibus dignitates non habent vocem in capitulo, neque in choro praesident, nisi simul canonicatum obtineant; & tunc iuxta antiquitatem dignitatis sedem in choro, & vocem in capitulo habent, si coadiutor alicuius dignitatis canonicus sit, vocem habere possit in capitulo, & sedem in choro, iuxta antiquitatem dignitatis, ita ut si dignitati competeat praesidere idem debeatur competere canonico dignitati coadiutori. Concedit Garcia *4. part. de benef. cap. 5. numero 111.* Quia coadiutor dignitatis, debet habere dignitatis praerogativas, & cum ex alia parte sit canonicus, debet habere praerogativas dignitatis, & canonicis simul

competentes, atque adeo habebit sedem & dabit vocem in capitulo, & praesidebit in choro iuxta antiquitatem dignitatis, in qua servit. Neque refert (inquit Garcia) quod coadiutus non habet istam praerogativam, quia id est, quia caret canonicatu, quem tamen habet coadiutor, qui nomine proprio praebendam ministrat. Et confirmari potest, si quis coadiutor esset alicuius, qui simul esset dignitas, & canonicus, vocem haberet in capitulo, & sedem in choro iuxta antiquitatem dignitatis, cuius est coadiutor. Ergo eandem habere debet, cum solum est dignitatis coadiutor; si quidem est in proprietate canonicatus; quia titulus proprius praefertendus est alieno titulo.

Cæterum mihi probabilius apparet talem coadiutorem, esse ratione canonicatus habere sedem in choro, & vocem in capitulo: ob coadiutoriam non habere sedem praerogativam, neque praesidere posse, sicuti praesideret coadiutus, si simul esset canonicus. Movetur; quia est coadiutor nomine Ecclesiae inseruiat, & ex potestate à Romano Pontifice accepta, & non ex potestate accepta à coadiuto, neque nomine ipsius; at loco illius servit, & vices illius gerit, sed coadiutus ratione dignitatis praeside praesidere non potest in choro, neque vocem habere in capitulo. Ergo coadiutor locum illius tenens, & personam illius representans, nec vocem habere in capitulo, neque praesidere poterit. Et confirmo. Coadiutori competeat privilegia, exemptiones, praerogativae, & praerogativae, quae competeant coadiuto ratione dignitatis, & praebendae, sed non alia. At coadiutor ratione dignitatis non competeat vocem habere in capitulo, neque sedem in choro. Ergo coadiutori quatenus talis est, non poterit id competere. Neque obstat, si dicatur, coadiutorem habere canonicatum, quem tamen coadiutus non habet: & ratione canonicatus habilem esse praesidere in choro, & vocem habere in capitulo ob coadiutoriam dignitatis; sicuti si coadiutor esset alicuius canonici in sacris non constituit, ipse tamen in sacris esset, vocem haberet in capitulo; tamen coadiutus non haberet. Non inquam obstat, quia praesidere in choro, & eminentiorem in capitulo locum habere, non competeat dignitati utrumque, sed dignitati, cui canonicatus annexus: sed huic dignitati, cuius est coadiutor, non est canonicatus annexus. Ergo ratio illius non potest coadiutori praesidentia in choro, & eminentes locum in capitulo competeat. Secus vero est de coadiutore in sacris, tamen coadiutus in sacris non sit, quia coadiutus ratione praebendae bene potest vocem habere in capitulo, & ab illa tamen remouetur, quia ordinatus non est; at coadiutor cum ordinatus sit, nulla est causa illum remouendi. Adde, coadiutori praesidentia sunt omnes proprietates in illo ordine, vt ex dictis in *hoc puncto, dist. 4.* constat. Ergo coadiutor dignitatis primum inter dignitates locum in choro obtinentis ob antiquitatem, eundem locum obtinere non potest, ergo neque praesidere. Secus esset, si dignitatis non ob antiquitatem, sed ob talem praebendam primus locus competeat.

26 Decimo octavo dubitat Garcia *dicto cap. 5. numero 114.* an in Ecclesiis, in quibus canonici ad lucrandum vestitium 90 diebus debent inseruire, dignitates 60, si qui canonicus propriarius coadiutor sit alicuius dignitatis lucratur vestitium sui canonicatus 60 diebus inseruendo, vel potius teneatur 90 diebus inseruire?

In qua re certum est coadiutorem canonici & dignitatis 60 diebus lucrari, sicuti lucratur coadiutus, quia illum representat: sic Garcia *supra*. Secundo est certum canonici coadiutorem habentem dignitatem in proprietate non lucrari vestitium canonici, nisi residendo 90 diebus; quia non sibi, sed canonico coadiuto lucratur. At coadiutus non potest minori tempore, quam 90 diebus lucrari vestitium. Ergo neque coadiutor ipsi lucrari poterit; quia ex persona coadiuti non potest suam conditionem meliorem facere: sic Garcia *supra*. Tertio est certum, canonicum coadiutorem dignitatis sedentem in sede dignitatis lucrari fructus; non solum dignitatis, sed etiam canonicatus; quia sedens in altiori loco dici potest inferiori assistere. Secus vero si in loco canonicatus sederet, quia tunc dici non potest, vt dignitatis inseruire, *lis post. f. 11.*

27 Dubitationi propositae respondet Garcia, hunc canonicum dignitatis coadiutorem 60 diebus lucrari sibi vestitium. Movetur, quia huic coadiutori habenti canonicatum ob coadiutoriam dignitatis conceduntur omnes praerogativae, & praerogativae dignitatis, quarum vna est, vt canonicatum cum illa habens 60 diebus vestitium lucratur. Ergo. Nihilominus probabilius censet, obligatum esse hunc coadiutorem 90 diebus inseruire, vt vestitium sui canonicatus lucratur. Quia privilegium 60 dierum concessum est canonicis, dignitatibus: ac coadiutor dignitatis dignitatem non habet, sed illam habiturus est, ergo ipse gaudere non potest tali privilegio. Neque obstat coadiutorem habere praerogativas, & praerogativas coadiuto competentes ratione dignitatis, vt dicamus posse lucrari vestitium proprii canonicatus; quia talis dignitas non habet praerogativam pro canonicatu alieno, sed pro canonicatu, cui ipsa annexa est; ac proinde ex vi dignitatis solum canonicus illam possidens potest habere praerogativam.

rogata gaudere, coadiutor vero illius dignitatis illam habere non potest. Et ratio est; quia in acquisitione veltutis proprii canonicatus sibi inferuit coadiutor. Ad dignitatem inferuit coadiutor inferuit. Ergo ex seruitio dignitatis limitari proprium non potest.

28 Decimo nono dubitat Garcia dicto cap. quinto, num. 118. An canonicus habens coadiutorem cum futura successione possit optare novam, & pinguiorem praebendam, ac si coadiutore ceteris? Et respondet primo, si coadiutori concessum est, vt coadiutor succedat in optatione praebendae, poterit coadiutor optare. Quia tam coadiutor, quam coadiutus incrementum habent ex tali optatione. Consentit Gonzalez glossa 34. num. 97. An autem coadiutor possit pro coadiuto optare? Respondet Garcia, tunc esse optare non posse, nisi in coadiutoris expressum esset, quia haec optio est praecipue in gratiam coadiuti, ergo ab eius voluntate pendere debet. Ergo nisi ipse expressit consentiat, vel ratum habeat coadiutoris consentum, obligari non potest ad optandum. Verum si coadiutor in praebenda optata a coadiuto non subrogatur, sicuti erat ante optationem; interpede esse affirmandum cum Gonzalez dicta glossa. 5. num. 97. non possit coadiutor optare, si ad optionem necessarium est vt praebendam habitam dimittat; quia ex tali optatione inferitur coadiutorem priuari iure concessio succedendi, si quidem non succedit in praebenda, quam de nouo coadiutus acquirit (vt suppono) neque enim succedit in praebenda, quam coadiutor dimittit; in hac enim moderiori proprietarius succedere debet. Ergo ne dicamus coadiutorem cum futura successione sublara esse potestas optandi, cum iam illa praebenda coadiutori adiudicata sit a tempore vacationis.

29 Vigesimo dubitat Garcia num. 121. an in Ecclesiis, in quibus est ius optandi, habeat locum in praebendis habentibus coadiutorem, si vacent per obitum coadiuti in mense ordinarij. Negatiue respondet, & bene, cum Rotae decisione; quia per assignationem coadiutoris cum futura successione sublara est potestas optandi, cum iam illa praebenda coadiutori adiudicata sit a tempore vacationis.

30 Vigesimo primo dubitatur, an coadiutoria inducat incompatibilitatem cum quolibet alio beneficio suo habito a coadiutore, siue habendo? Respondet, si beneficium obligat ad residendum incompatibilem cum coadiutoria, certum est indacere incompatibilitatem quoad retentionem; quia nequeunt illa beneficia simul retineri, quorum obligationibus simul satisfieri non potest. Quod si obtemperat coadiutoria beneficium aliquod obtineat incompatible cum coadiutoria seruitio, vacat coadiutoria, neque ex vi illius potest in praebenda succedere; colligitur apertè ex elementis, Gratia, de rescript. ibi. Consensus renunciationem gratiae, vel beneficii, vel dignitatis, si ante adaptionem eiusdem aliquid beneficium pacifice obtineat, quod simul de iure cum dignitate, vel beneficio virtute dictae gratiae tibi debito retinere non posses, licet illud resignaueris, aut sis resignare paratus; consentit Garcia 4. part. de benef. cap. 5. num. 123. & 124.

Vigesimo secundo dubitatur, an possit coadiutor cedere coadiutoria coadiuto renuente. Certum est, ius succedendi concessum in coadiutoria coadiutorem renuente posse; quia in hac renunciatione nullum coadiuto prauidium accersit, neque Ecclesiae, sed potius fauor, cum in nemini praebenda adiudicata sit, sed libera maneat. Quapropter communitur doctores ceteri, hanc renunciationem etiam absque interuentu superioris fieri posse; quia ipse superior tempore in illa censetur consentire: sic Glossa, & doctores in cap. si de iure de electione in 6. cap. ad audientiam. 2. de rescriptis, cap. sane de renuncia. & tradit Elamin. Patissus lib. 7. quest. 11. a num. 74. & lib. 2. quest. 23. num. 18. Coadiutoriam vero, quatenus est obligatio seruandi pro coadiuto, renuente non potest coadiutor, renuente coadiuto absque autoritate superioris; quia autoritate superioris constituta est in fauorem coadiuti, & in bonum Ecclesiae; neque ergo coadiutor pro sua voluntate hanc a se obligationem excutere. Solum est dubium, cuius superioris consensus requiratur. Garcia cap. 5. num. 126. respondet requiri consentum Pontificis; at si coadiutus renunciationi consentiat, sufficere ostendit beneficiarium. Placet.

32 Vigesimo tertio dubitatur, neceat consilio coadiutonis coadiuto, vel e contra? Respondet non nocere; quia non solum coadiutus, sed etiam coadiutor agit nomine proprio, & ex potestate a Pontifice accepta: non igitur alteri a se prauidere potest sua confessione; & ita cum Rotae, Mandos, & aliis tradit Gonzalez glossa. 5. §. 9. num. 129. Garcia de benef. 4. part. cap. 5. n. 127.

33 Vigesimo quarto dubitatur, an sententiae latae contra coadiutum noceant coadiutori, vel e contra. Item an noceat aliis coadiutis, vel coadiutoribus? Et quidem certum est sententiam datam contra coadiutum non nocere coadiutori, si coadiutus citatus non sit (saltem in genere, vel e contra: quia est res inter alios acta, & tradit Garcia de benef. cap. 5. num. 128. cum Rotae decis. 239. & 241. par. 3. lib. 3. diuersi. Minus autem nocere potest sententia data aduersus vnum coadiutum illius successoribus, ob rationem dictam: quia est res inter alios acta, & quae ad ipsum

non pertinet: sic Garcia supra cum Gonzal. glossa. 5. §. 9. num. 92. Excepit, nisi sententia data sit super iuribus, & praeminentiis coadiutoriae, quia tunc sententia data contra vnum coadiutorem sequentibus, imo aliis similibus prauidere potest, ex leg. ingenium. ff. de statu hominum, leg. 20. tit. 22. part. 3. & tradit Tiraquel. in tral. res inter alios acta. l. 27. Couarrun. pract. questio. cap. 15. n. 5. Garcia 4. part. de benef. cap. 5. n. 130. Gonzalez glossa. 9. §. 3. n. 85.

34 Vigesimo quinto dubitatur, an coadiutor succedat in praebenda, si tempore quo expeditur gratia coadiutoriae, mortuus coadiutus.

Affirmare videtur Gonzalez dicta glossa. 5. §. 9. num. 53. Et mouetur; quia in coadiutoria cum futura successione duplex est gratia concessa, altera coadiuandi proprietarium, & in fauorem illius facta; altera in fauorem coadiutoris; conceditur enim coadiutori vt possit pro coadiuto inferuire. Item successio in praebenda, quoties per cessum, vel decessum coadiuti vacauerit, sed haec secunda gratia a prima non pendet. Ergo datur locus successioni quamuis coadiutoriae locus non sit. Et confirmatur ex formula coadiutoriae; si quidem in ea dicitur concedi successorem, etiam si beneficium actualiter vacet de tempore datae ex tunc & contra, &c.

Ceterum omnino tenendum est, si tempore datae mortuus fuerit coadiutus coadiutorem succedere non posse: sic Garcia 4. part. de benef. c. 5. num. 132. Ratio est clara; quia esto in coadiutoria duplex sit gratia concessa. At vna est ab alia dependens: datur enim coadiutori futura successio in remuneracionem obligationis, quam subit pro coadiuto inferuendi, sed mortuo coadiuto tempore datae nullam subit obligationem. Ergo neque successorem obtinere potest. Et confirmo; coadiutori ius ad beneficium vacaturum conceditur. Tum quia conceditur successio in beneficio a coadiuto possessio. Tum quia conceditur coadiutori, quatenus talis est. At si beneficium tempore datae vacat, concedi non potest ius ad beneficium vacaturum, neque coadiutori, quatenus talis est. Ergo Neque obstat dicere Pontificem concedere coadiutori successorem in beneficio, etiam si beneficium actualiter vacet; quia non intelligitur de vacatione de facto, sed de iure, hoc est etiam si de iure beneficium tunc vacare debeat, successorem coadiutori concedi. Vnum tamen est omnino certum, si tempore expeditur gratia viuat coadiutus, moriatur tamen paulo post, quamuis coadiutor notitiam illius non habuerit; neque coadiutoriam exercere inceperit, datur locus successioni. Quia gratia successio effectum sortita est a tempore datae: sic Garcia supra.

35 Vigesimo sexto dubitatur, an possit coadiutor in electionibus, prouisionibus, aliisque actibus committere vices suas, sicut potest coadiutus; Cetera est resolutio, posse. Tum quia coadiutor, etsi locum coadiuti teneat, eiusque personam repraesentat: at illam repraesentat nomine Ecclesiae, & ex autoritate ab illa accepta, non ex autoritate accepta a coadiuto. Tum quia coadiutor, non est coadiuti procurator, sed Ecclesiae, vt ob hanc causam non possit alteri committere vices suas. Tum denique, quia esto esset coadiuti procurator, est procurator generalis ad beneficii administrationem, non specialis ad aliquod particulare negotium. Potest ergo vices suas committere iuxta textum in cap. 1. §. fin. de procurator. in 6. & tradit Garcia dicta 4. p. de benef. cap. 5. n. 135.

36 Vigesimo septimo dubitatur, an habens dignitatem, ratione cuius dare vocem in capitulo potest, si coadiutor fiat alicuius canonici duplicem vocem habeat, vel e contra sit quidem si habens dignitatem, & canonicatum simul, duplicem vocem habeat, vt de iure habere debet, quoties dignitati competi vocem habere in capitulo, vt aliis relatis tradit Garcia 1. p. de benef. cap. 5. num. 211. nemine esse potest dubium, hunc coadiutorem duplicem vocem habere debere. Quare questio solum procedit, cum ex consuetudine, aut privilegio habetur, habentem dignitatem, & canonicatum in proprietate, vnicam vocem dare posse in capitulo, esto si dignitas, & canonicatus in diuersis essent, duplicem vocem concederent, an inquam dignitatem habens in proprietate, & canonicatum in coadiutoria duplicem vocem obtineat? Negat Garcia dicto cap. 5. num. 136. Mouetur, quia coadiutor non debet esse melioris conditionis, quam proprietarius; at proprietarius dignitatis, & canonicatus vnicam habet vocem; ergo coadiutor duplicem habere non potest. Item coadiutor seruit beneficio nomine proprio, seu Ecclesiae, non nomine coadiuti. Ergo vocem tribuit non solum ratione dignitatis, sed etiam coadiutoriae: vtrique enim titulo vox vna correspondet, sicuti corresponderet, si in proprietate canonicatum haberet. Ex quo inferitur ob dationem coadiutoriae non confundi vocem canonicatus, cum coadiutor, tum vt canonicus, tum vt dignitas vocem tribuat, vnicam tamen vtrique titulo correspondentem.

37 Nihilominus mihi versus apparet dignitatem coadiutorem canonicatus, aut e contra duplicem debere habere vocem in capitulo, nisi in contrarium praescripta sit consuetudo. Mouetur; quia esto proprietarius dignitatis, & canonicatus duplicem non habeat vocem; hoc ex iure non competit, sed ex consuetudine: ex iure enim duplicem habere debeat, postea quod dignitari

dignitati vocem dare in capitulo competat. Ergo si respectu coadiutoris hæc consuetudo præscripta non sit, ad coadiutorem canonicatus, & in proprietate dignitatis extendi non debet consuetudo, cum sic iuri contraria. Item coadiutor est nomine proprio beneficio inferiatur, at non ferat sibi, sed coadiuto, proprietarius autem sibi ipsi inferuit. Ergo quamvis proprietarius dignitatis, canonicatus unicam habeat vocem, non inferuit proprietarium dignitatis, & canonicatus coadiutorem vocem habere, quia non satis percipitur quomodo unica voce & sibi, & coadiuto inferiatur. Deinde si coadiutor esset tum dignitatis, tum canonicatus in diversis personis existentium, duplicem habere posset vocem, quia aliis non satis representaretur diversitas coadiutorias, & Ecclesia conqueri posset ratione coadiutoria sibi admitti vocem, quam in coadiuto habet. Sed idem prius est cum dignitatem in proprietate habes, & canonicatum in coadiutoria. Ergo. Denique si coadiutor per se vellet vocem dare in capitulo, posset non obstante quod coadiutor suam det ratione dignitatis, quam habet in proprietate. Ergo posset alteri vices suas committere. Non enim ex assignatione coadiutoris impeditur, sed hæc vices habet coadiutor sibi commissas non à coadiuto, sed à Pontifice. utriusque superiore. Ergo non obstante quod vocem tribuat in capitulo ob suam dignitatem quam in proprietate habet, potest etiam dare ob facultatem à Pontifice in coadiutoria concessam.

38 Vigesimo octavo dubitatur; an habens coadiutorem in dignitate, & canonicatu possit ipse inferuire dignitati; & facere quod coadiutor canonicatus inferuit, & contra, ita ut uterque det vocem in capitulo? Affirmative respondet Garcia. d. 4. part. cap. 5. num. 137. & bene, quia hoc cedit in utilitatem Ecclesie.

39 Vigesimo nono dubitatur; an coadiutor dignitatis, seu canonici possit esse iudex apostolicus, seu delegatus Papæ, iuxta cap. statutum, de rescriptis. in 6. & iudex synodalis, iuxta decretum Trident. sess. 25. cap. 12. de reformat.

Negat Garcia. 4. p. de beneficiis. cap. 5. num. 138. Quia hæc munera committi non possunt, nisi dignitates, & canonicatus obtinentibus, at coadiutor dignitatis, & canonicatus, neque est dignitas neque canonicus. Ergo non potest esse iudex delegatus, neque synodalis. Ceterum crederem hos coadiutores posse esse iudices delegatos, & synodales. Nam esto, non sint proprie canonici, & dignitates: habent tamen omnes præminentias, prærogativas, & honores, qui dignitatibus, & canonicatibus conceduntur. Item fictione iuris canonici sunt, & dignitates, & ita tradit Acolta de Andrada in explicat. bullæ eructata quæst. 75. & multis exornat González gloss. 5. § 9. à num. 2.

40 Trigésimo dubitatur; an coadiutor studens, vel legens in universitate, vel in servitio Episcopi occupatus, vel officium inquisitoris exerceat, habeatur pro presente, lucretur fructus, & distributiones coadiuto, ac si personaliter resideret. Ratio dubij est; quia coadiutor ex qualibet huiusmodi causa à residentia excusatur, & fructus suæ præbendæ lucretur in absentia. Ergo idem est concedendum coadiutori. Tum quia privilegia, prærogativa: & exemptiones coadiutoris competentia ratione præbendæ, competunt coadiutori. Tum quia coadiutor ex causa infirmitatis, aliove legitimo impedimento detentus excusatur à residentia, & lucretur præbendam coadiuto. Ergo idem esse potest ex causa studij, & servitij Episcopi, & sanctæ inquisitionis. Tum quia coadiutori conceditur tempus recreationis, quod coadiuto conceditur. Ergo à fortiori concedi debet privilegium studendi, & inquisitioni servandi. Nihilominus probabilius conleo, coadiutorem his privilegiis gaudere non posse, sic tenet Garcia quarta parte de beneficiis. capite quinto, num. 139. Moneo: quia hæc privilegia conceduntur iis, qui ratione beneficii obligati sunt residere: iis enim conceditur, ut possint studentes, & legentes in universitate, Episcopo, & inquisitioni servientes fructus suorum beneficiorum lucrari. At coadiutores non obligantur residere ex beneficio, sed ex officio, & munere coadiutoria acceptæ, & quasi ex contractu. Ergo supradicta privilegia illis competere non possunt. Et hinc constat differentia inter coadiutorem, & coadiutum: coadiutus namque illa privilegia habere potest; quia habet beneficium, & percipit fructus, & ratione beneficii obligatur residere, à qua residentia ob illas causas ex privilegio excusatur. At coadiutor nec habet beneficium, nec sibi, sed alteri, scilicet coadiuto fructus lucretur, nec ex beneficio, sed ex officio, & munere ad residentiam obligatur; non igitur excusari potest ex supradictis privilegiis. Bene tamen excusari potest ex infirmitate, & alio simili impedimento; quia non censetur ex officio, & munere obligari ad residentiam impossibilem. Et ex eadem ratione excusatur mensibus recreationis; quia obligatio coadiutoris debet esse naturæ humanæ attemperata; ac proinde debet illi concedi recreatio, & leuamen, quod aliis beneficiatis conceditur. Et ex his soluitur ratio dubitandi. Ad illud vero quod dicitur, coadiutori concedi privilegia, & exemptiones coadiutoris competentes ratione præbendæ, admitti potest: sed inde non inferuit coadiutori hæc privilegia concedenda esse, quia hæc privilegia non competunt coadiuto ex præbenda, sed ex favore

utilitatis communis, quæ ex converfa plurium ad studendum, & legendum in universitate, & ex servitio Episcopi, & sanctæ inquisitionis resultat.

41 Trigésimo primo dubitatur, an in Ecclesiis, in quibus canonici, seu beneficiati servientes in Ecclesia cathedrali lucretur distributiones, & fructus aliorum beneficiorum, quæ obtinent in eadem civitate, vel diocesi, coadiutores hoc privilegio potantur.

Negat Garcia dicta quarta parte de beneficiis. cap. 5. num. 140. quia hoc privilegium conceditur canonicis, & beneficiatis, at coadiutor neque est canonicus, neque beneficiatus, sed est deputatus ad ipsum, ut bene inferit glossa in capite primo de consuetud. in 6. verbo administrationes. per textum ibi, & glossa cap. statutum, de rescriptis. eodem lib. verbo canonicus. Neque obstat coadiutori concessa esse privilegia, & exemptiones, quæ conceduntur coadiuto ratione præbendæ; quia debet intelligi quoad servitium, & residentiam, atque in coadiutoria excepta.

Ceterum ego crederem supradictum coadiutorem coadiutoria interserentem lucrari fructus aliorum beneficiorum, si quæ habet in illa, vel aliis Ecclesiis residentiam expostulatum. Moneo, quia hæc privilegia conceduntur canonicis, & beneficiatis in gratiam cathedralis servitij, quod illo privilegio præceditur promovetur; sed coadiutor atque ac canonicus proprietarius Ecclesie cathedralis interit. Ergo dignus est eo privilegio gaudere. Item coadiutor est canonicus, & beneficiatus proprie non sit, atamen in communi hominum estimatione sic reputatur, & nominatur. Ergo privilegia canonicis concessa, quæque bonum publicum spectant, ad ipsos extendenda sunt. Deinde si coadiutor canonicatus lucrari non potest servientes canonicatus fructus beneficii residentiam expostulantis, quod simul habet, teneat illud dimittere, & si post, obtentam coadiutoriam illud obtinuit, vacat, ex element. Garcia. de rescriptis. Quia nemo potest beneficium tenere, cuius muneri satisfacere non potest. Ergo si admittimus coadiutorem alia beneficia residentiam habentia obinere, dicendum est vii posse privilegio, quo vii possit. si vii proprietarius inferuit. Num tamen debet esse certum, coadiutum non posse fructus aliorum beneficiorum quæ habet lucrari ob servitium coadiutoris. Tum quia non est æquum ex vna actione duo specialia prodire in graue Ecclesie detrimentum, quæ sunt coadiutum, & coadiutorem fructus suorum beneficiorum lucrari ex vno servitio præstito. Tum quia illud videtur esse privilegium concessum in fauorem personarum servitij, sicut & privilegium iubilationis. Non igitur debet extendi ad coadiutum.

42 Trigésimo secundo dubitatur; debeat coadiutor ordinem habere, quem petit dignitas, præbenda, seu beneficium, quod in coadiutoria suscipit? Distingendum est de coadiutoris perpetuis, & ad tempus, & dicendum coadiutoris ad tempus non esse concedendas, nisi habentibus ordinem, quem petit beneficium ministrandum; & in beneficiis patriarchalibus est res omnino certa. Non enim fieri possent beneficii obligationibus, si coadiutor constitutus ad suppleendum coadiuti defectum, ministrare sacramenta non possit, debere ergo ad hoc animum obeundum alius coadiutor concedi. At si coadiutor perpetuus constituitur alicuius dignitatis, vel canonicatus cathedralis Ecclesie curam animarum habentis, credo constitui posse, qui ordinem habeat tali præbendam nexum; modo in ea etate, & dispositione constitutus sit, ut intra annum suscipere illum possit. argument. textus in capite licet canon. cap. commissio, de electione. in 6. & element. vnic. de officio vicarij. Quia coadiutor loco proprietarij subrogatur. Non igitur obligandus est magis quam proprietarius: sic Platin. Parisius lib. 4. de resignat. 9. num. 19. González reg. 8. Cancell. gloss. 5. § 9. num. 6. & 90 Garcia. 4. part. de beneficiis. cap. 5. num. 141. cum Rota decis. 347. num. 3. lib. 3. part. 3. divers. & apud Verall. decis. 127. part. secunda. Dixi coadiutor perpetuus alicuius dignitatis, vel canonicatus non habentis curam animarum; nam sit coadiutor beneficii curam animarum habentis, existimo debere constitui actu sacerdotem, neque suscipere, vi intra annum ordinetur. Quia huiusmodi coadiutor datur, ut per se sacramenta ministrat, & quæ absque sacerdotali ordine administrari non possunt. Neque obstat proprietarium obligatum non esse tempore susceptionis habere illum ordinem; quia non obligatur intra annum possessionis beneficio inferuire per se, sufficit, si per alium inferuit. At coadiutor à die susceptionis coadiutoria obligatur per se inferuire; quia non debet signari alius coadiutor coadiutoris; debet ergo ordinem, & qualitates habere servitio requisitas, in quo est maxima differentia inter beneficium curatum, & non curatum, nam beneficium carens cura, quæ est canon eatus, ministrari anno integro potest à clerico in minoribus ordinibus constituto; quia obligatio canendi epistolam, vel euangeliolum non ita stricta est: scus vero in beneficio curato, cuius minister dispositus esse debet ad sacramentorum administrationem quolibet tempore, ut pote maxime necessaria.

43 Sed adhuc est difficultas, an coadiutor canonicus, seu dignitatis

degitatis non curata debeat intra annum suscipere ordinem tali praebeanda annexum, sicuti si proprietarius esset: Et quatio procedat, casu quo obligatus sit pro proprietario inseruire, Nam si a seruitio exoneretur, nulla apparet causa obligationis, cum titulum beneficij non habeat. Postea vero obligatione seruiendi, adhuc alicui possit videri obligatum non esse, saltem sub graui culpa intra annum ordine praebeanda annexo insiguiti: quia hac obligatio annexa est praebeanda, non illius seruitio: seruitium namque praebeanda fieri potest, quia actus ordinis facit exerceatur. Cum ergo coadiutor, praebeanda non habeat, sed seruitium: non videtur hac obligatione teneri. Item coadiutor ad solam causam obligationem videtur teneri, hoc est si in seruitio deficiat satisfaciat coadiutor, non autem videtur teneri ad obligationem praesentiam. Rationes haec leues sunt, neque ob illas recedendum est a secuta sententia, affirmante supradictum coadiutorem obligatum esse, sicut & proprietarium, ordine praebeanda annexo insiguiti. Quia ex coadiutoria accepta obligatur non solum satisfaciere coadiutor, si non seruiat, sed obligatur ad seruiendum: aliis Ecclesiae non satis esset prouisum. At seruitium praebeanda habentis ordinem aliquem annexum, exerceri non potest sine tali ordine: ideo enim praebeanda ordinem sibi annexum, quia seruitium illius ordinem exposulat. Ergo coadiutor obligatus seruire praebeanda, obligatur qualitates habere seruitio requisitas.

44 Trigesimo tertio dubitatur, teneatur ne coadiutor subire onera canonicorum iuniorum an tantum solius sui coadiutor? Clara est resolutio, obligatum non esse subire alia onera, nisi sui coadiutori, quia tantum loco illius subrogatur, neque ipse est canonicus, vt propterea onera canonicorum subire debeat, Garcia *lib. 4. par. de benef. c. quinto, n. 142.*

45 Trigesimo quarto dubitatur, an multa ordinaria, quae praebeandis imponi solent ob culpas, & defectus in seruitio commissis, imponi eis possint ob culpas, & defectus in tali seruitio commissis ad coadiutoribus? affirmatiue respondendum est cum Garcia *dicto capite quinto numero 143.* Quia coadiutoris defectus censetur proprietarij defectus esse; in tantum enim proprietarius a residentia excusatur, in quantum medio coadiutore residet. Ergo si coadiutor deficiat, ipse deficiat censetur. Verum si coadiutor a residentia excusatus esset ob infirmitatem, vel aliud impedimentum legitimum, non videtur ob coadiutoris defectum multari posse; quia cum non teneatur ipse inseruire, neque teneatur per coadiutorem: ergo arguam non est, vt multetur ob coadiutoris defectum. Neque oblat coadiutorem non habere praebeanda, in qua multetur; quia sufficit, vt multari possit in alijs bonis, & coadiutoria priuari, si non corrigitur. Ex quo a fortiori constat ob defectus alios coadiutoris extra seruitium praebeanda commissos, nequaquam posse coadiutum multari, quia ipsi coadiutori tribui non possunt: sic Garcia *supra.*

46 Trigesimo quinto dubitatur, possint ne Ecclesiae cathedralis coadiutores assignatos a Papa non admittente, aut illorum potestatem, & auctoritatem limitare?

Claram est si fieri non possit, quia dispositionem superioris neque inferior mutare, inferior de maioribus obediens, & *elemente ne Romani, de electione.* Alias inferior esset ipso superiore superior: sic Garcia *dicto quarta parte de benef. capite, 5. numero 144.*

47 Trigesimo sexto dubitatur, an teneatur coadiutor coadiutori congruam sustentationem ministrare? Respondeo teneatur, si decessit, ex capite, cum secundum Apostolum, de praebeandis, & *vident. sess. 2. capite, sexto de reformat. qui altari serui, de altari viuere debet; & tradit, alijs relatis, Garcia dicto capite quinto numero 145.* Gonzalez *gloss. 5. §. 9. numero 96.* Limitandum tamen est, nisi ipse coadiutor huic stipendio cesserit, vt communiter cedere coadiutores solent cotenti futura successione. Quia cessante facta gratis seruire tenetur; quia sua voluntate illam suscepit obligationem. Verum si ob paupertatem impotens reddatur Ecclesiae decenter seruire, obligatus erit coadiutor ea illi ministrare, quibus potens reddatur; quia non est concessus coadiutor ecclesiae huic stipendio ita necessario, esset enim cessio irrationabilis, & in graue Ecclesiae detrimentum.

48 Trigesimo septimo dubitatur, an coadiutor teneatur mentionem facere de beneficijs obtentis, vt gratia coadiutoriae sita sit: & quidem si beneficia residentiam exposulant cum seruitio coadiutoriae incompatibilem, clarum est fieri debere mentionem; quia simul retineri non possunt. At si beneficium sit simplex, neque residentiam incompatibilem cum coadiutoria habeat, nonnulla dubitatio est, debeat ne fieri illius mentio in coadiutoriae gratia, si quidem coadiutoria beneficium non est, sed ius ad illud, & illius seruitium non impeditur alterius beneficij possessi seruitio. Nihilominus dicendum est faciendum esse mentionem cuiuslibet beneficij possessi, & iuris ad illud, alia coadiutoria cum futura successione nulla erit, colligitur ex capite *si motu proprio, de praebeandis, in 6. c. vltimus, de officio ordinar.* Nam est in illis textibus sermo sit *Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.*

de collatione beneficij, & non de iure ad ipsum, quamque collationem irritat Pontifex, si facta fuerit habenti beneficium, cuius in impetratione non fecerit mentionem. At cum ex iure ad beneficium collatio beneficij inferatur, & sit quasi quaedam anticipata collatio, exequenda tamen tempore vacationis, sit sane faciendam esse cuiuslibet beneficij mentionem, sicuti si de facto non ius ad beneficium, sed ipsum beneficium collatum esset: sic Garcia *4. de benef. c. 5. num. 146.*

49 Trigesimo octauo dubitatur, an ob omisam expressio-nem beneficij a coadiutore habili coadiutoriae gratia nulla sit, non solum quoad futuram successionem, sed etiam quoad seruitium: Optime respondet Garcia *supra num. 147.* esse nullam; quia coadiutor non se obligare intendit ad seruitium beneficij, nisi successio ei concedatur, neque Pontifex alia via obligat, nisi successionem concedendo. Cnm ergo tacens beneficium habitum non obtineat ius succedendi, non videtur obligatus beneficij seruire.

PUNCTUM XI.

De pensione, eiusque qualitibus.

Maximè necessaria est huius materiae cognitio; quia vsus illius frequens est, & pluribus difficultatibus implicatus. Claritatis gratia in plures §§. diuidemus, quibus omnia, quae de pensione frequenter occurrunt, pro viribus explicabimus.

§. I.

Quid sit pensio, quotplex, & an sit beneficium.

- 1 Explicatur definitio pensionis.
- 2 Duplex est pensio, spiritualis & temporalis.
- 3 Arguitur pensionem spirituales beneficium esse, & sub beneficio comprehendi.
- 4 Resoluitur beneficium non esse, neque sub beneficio comprehendendi.
- 5 Satisfit oppositis fundamentis.

Pensio est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio alieni iusta causa, siue ad tempus, siue in perpetuum concessum: colligitur haec definitio ex Cardinali Achiarr. *Imola. clement. 1. de suspens. negligens. pralat.* Hieronym. Gigant. *de pensionib. quaestio. 1. c. 28.* Gonzalez *in regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. numero 2.* Ioanne Azorio *2. part. institut. moral. lib. 3. capite. 5. in princip. c. lib. 8. capite. 5. quaestio. 1.* Leonard. Lessio *lib. 2. de iustitia. capite. 34. dub. 37. numero 201.* Garcia *de benef. 1. part. cap. 5. §. 1. a numero 162.* Tolci. *in summ. lib. 5. cap. 81.*

Dixi esse ius percipiendi fructus alieni concessum, quia negari non potest pensionarium habere ius exigendi ex beneficio portionem sibi signatam: est enim quasi usufructuarius beneficij debet tamen esse ius percipiendi fructus ex alieno beneficio ex proprio namque non percipit pensionem cum totum tui sit. Hoc ius ad tempus, & in perpetuum conceditur. Ad tempus conceditur, si concedatur tibi dum studijs vacaueris, vel aliud ministerium exerceueris. In perpetuum conceditur, si pro tua vita concedatur.

2 Duplex est pensio in genere loquendo: alia spiritualis alia temporalis. Spiritualis statum clericalium in pensionario requirit. Temporalis seculus. Item spiritualis exposulat spirituale officium, ex constitutione pij V. nempe recreationem officij B. Virginis. Temporalis nullum spirituale ministerium exposulat. Hinc fit portio extraxit ex aliquo beneficio esse pensionem spirituales, si clerico, quatenus talis est, concedatur temporalem si laico ob ministerium temporale exercitum, vel exercendum fuerit concessa.

3 Dubium tamen est, an pensio Ecclesiastica, & spiritualis sit beneficium? Dixi, Ecclesiastica: nam temporalem, certum est, beneficium non esse cum non sit ius spirituales percipiendi fructus, sed temporale, quale est concessum Hispaniae Regibus, qui tertiam partem fructuum ex omnibus fere beneficijs recipiunt ob seruitium praestitum Ecclesiae in extirpatione haereticorum, aliorumque infidelium, & quale conceditur famulis, & ministris Ecclesiae seruitibus in pullatione organorum, in figurato cantu, in ostium apertione, in rerum Ecclesiasticarum custodia, in Ecclesiae patronico, & similibus: & quale habent patroni, qui in fundatione Ecclesiae aliquos fructus sibi reseruant: omnes enim iurati temporales sunt ob seruitium temporale praestitum, vel praestandum. Et de his certum est non esse beneficia Ecclesiastica.

Solum de pensione spirituali, & Ecclesiastica est controversa; an sit beneficium, vel saltem appellatione beneficij comprehendatur: Afirmat Gambanus *de officio legati, lib. sexto, num. 309.* Paul. Roman. *de pensionibus capite, sexto, num. 34.*



¶ 7. In sequentes Andream Barbatiam in cap. ad audientiam, 2. de rescriptis. Moueri possunt primo ex dicto cap. audientiam ibi; recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia pro modo enim alia, similia denotat, & constat ex leg. si fugiunt, ibi, alia pœna, scilicet similia, & tradit Menochius libro primo de arbitrar. question. 80. num. 122. Guerci. de iuram. prima parte cap. 14. num. 2. sine. Ergo denotat pensiones beneficia esse. Secundo, pensio loco beneficii subrogatur, ut contingit in clerico, qui beneficium resignat, referuata sibi aliqua pensio, sed subrogatur sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. leg. si cum §. in iuriam. ff. si quis cautionibus. leg. sine sua §. Titia. ff. de conditionib. & demonstrat. & pluribus exornat Anton. Gabriel. titul. de Reg. iuris. conclus. 2. per totam. Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. gloss. 1. à num. 12. Tertio, beneficium Ecclesiasticum definetur, ut sit ius spirituale percipiendi fructus, sed pensio concessa in titulum est ius spirituale percipiendi fructus. Quod autem pensio non sit ius perpetuum, sed temporale, non videtur sufficiens esse ad diuersitatem specificam concedendam.

4. Ceterum tenendum est, pensionem Ecclesiasticam beneficium non esse, neque sub illius appellatione venire: sic post alios antiquiores Azor in sum. lib. 2. p. lib. 3. cap. 5. quasi. 2. & lib. 8. cap. 1. q. 4. & Tolet. in sum. lib. 5. cap. 8. n. 2. Gonzales ad res. mens. gloss. 5. §. 5. in princ. Garcia de benef. 1. parti. cap. 5. numero tertio. Et videtur de eadem in cap. quomodo, de prebendis, in 6. lib. non pensio, sed in beneficiis Ecclesiasticis volumus providere & in Trident. sess. 2. cap. secundo de reformat. ubi pro ordinibus percipiendis diuersimodè loquitur de habentibus beneficium, vel pensionem. Ratione vero probatur: nam beneficium est ius spirituale perpetuum percipiendi fructus ob ministerium spirituale; quia beneficium datur propter officium. At pensio non est hoc modo ius spirituale perpetuum. Tum quia pensionarij vita finitur, & extinguitur, neque in ea datur successio; secus in beneficio, quod morte beneficiarij non extinguitur, sed vacuum est, ut per alios possideri possit. Tum quia spiritualitas iuris, pensionis, & beneficii est diuersa; quia beneficium semper fundatur in spirituali officio, & ministerio. At spiritualitas pensionis non in officio, sed in personæ qualitate fundatur. Non enim pensio concessa in titulum datur ob officium spirituale, tamen si illius datur obligatio ex lege, sed datur in subsidium vite, & alimentum.

5. Neque obstant fundamenta contraria. Ad primum ex cap. ad audientiam, dico dictionem alius, non semper ampliare eandem qualitatem præcipue cum ex subiecta materia aliquid absurdum sequitur ut manifestè constat ex illo Matth. 28. & Marci 15. ubi de Christo Dominus dicitur, cum eo crucifisci sunt alij duo latrones; & ex cap. Nouatianus, septimo. question. prima alios pseudoprophetas, & tradit Glossa caput sedes, verbo maiores, de rescriptis, & ibi Imola n. 11. Felin. n. 6. & alij allegatis, Thom. Sanchez. lib. 3. de matr. disp. 20. num. 8. Ad secundum nego subrogatam habere eandem qualitatem cum eo, cuius loco subrogatur, tamen illius naturam imitetur, & in prædicta materia est exemplum manifestum in patrimonio, quod ad suscipiendos ordines loco beneficii subrogatur, cum tamen nequaquam beneficium sit. At tertium constat ex probatione nostræ conclusionis ius pensionis esse omnino diuersum à iure per beneficium collato.

§. I I.

Quis possit in beneficiis pensionem imponere. Et ex qua causa.

- 1 Expenduntur cause, ob quas Pontifex potest assignare pensionem.
- 2 Pensio imposta sine causa an valeat. Qui defendat non valere.
- 3 Probabilis est oppositum.
- 4 Quid dicendum de Episcopis? Remissè respondetur.
- 5 Qualiter legatus concessa sit potestus imponendi pensiones.
- 6 Nullatenus absque causa ordinarius, ne legatus imponere valide pensionem potest.
- 7 Pontifex de plenitudine sua potestatis imponere pensionem potest in beneficiis iurisdictionis laicorum absque consensu patroni.
- 8 De Episcopo aliqui affirmant.
- 9 Contrarium est probabilius.
- 10 Explicatur quadam Garc. limitatio.

DE potestate Pontificis nullus diuersimodè dubitare potest, cum potestas ipsam sit bonorum omnium Ecclesiasticorum administratio, cap. 2. de prebendis, in 6. & elem. prima in fine. ut lino pendente. Gigas de pension. quasi. 6. num. 1. Garcia 1. parti. de benef. cap. 5. num. 274. Quapropter & temporalem, & spirituales pensionem imponere potest, ut probant texus, & doctores relati. Debet tamen iusta causa duci in huius impositione, iusta autem erit, si in utilitatem Ecclesiæ cedat talis impositio, quod semper præsumendum est, dum contrarium

non constat. Gigas questione prima numero quarta. & quasi. 6. num. 7. Garcia de benef. 1. parti. cap. 5. num. 278. Quod si in particulari inquiras causas iustas imponendi pensionem: Respondet pro pensione temporalis debet esse iuramentum aliquod Ecclesiæ faciendum ab ipso pensionario, in cuius stipendium illa fructuum Ecclesiasticorum portio à beneficio sequebatur, vel potest esse letum aliquod factum ab ipso pensionario, vel à suis consanguineis, in cuius obsequij gratitudinem illa pensio conceditur. Pro pensione spirituali duplex causa assignatur à doctores, sub qua multiplex comprehenditur, iusticia scilicet, & onerosa. Lucratia, cum ob causam aliquam piam, & honestam referuatur tibi ex alieno beneficio pensio; verbi gratia, quia studiis vacas, hospitalitatem exeres, honestè viuis, aut alia via de Ecclesiæ esse benemerit. Onerosa causa; quia sub onere aliquo pensio tibi conceditur, ut contingit, cum conceditur tibi pensio, quia beneficium Possessum resignas, iuxta cap. super hoc de renunciat. vel quia cedis liti, & iuri pretentio, iuxta cap. nisi de prebendis vel quia tuum beneficium cum altero minori permutas, cap. ad questiones, de rerum permutat.

2. Dubium tamen est, an pensio imposta à Pontifice abique causa legitima valida sit, & pensionarius licet illam retinere possit? Et quidem si Pontifex putaret legitimam causam adesse, cum tamen non sit, nulla est concessio, quia est contra voluntatem Pontificis, qui nunquam est præsumendus velle, absque causa beneficia grauare: sic Gigas de pension. quasi. 5. num. 5. Azor 2. parti. in sum. moral. lib. 8. cap. 5. quasi. 8. ad summ. Flamin. Parisius lib. 6. de resignat. quasi. 2. num. 7. Garcia de benef. 1. parti. cap. 5. n. 280. At quando certo constat, Pontificem libere sua voluntate ductum voluisse beneficia grauare, & onus pensionis imponere, plures doctores tenent illicitam, & invalidam esse pensionis impositionem, neque obtinentem retinere posse: sic Victor relect. de Simonia. n. 50. & 51. Arag. 2. question. 63. articul. 2. versic. de annuis autem pensionibus. Garbarus de officio legati. lib. 10. num. 286. Eman. Rodrig. in sum. 2. tom. cap. 21. Vega in sum. 2. parti. cap. 65. casu 6. Pett. delma 2. parti. sum. tractat. 7. cap. 1. & tractat. 12. conclus. 21. Tolet. sum. lib. 5. cap. 83. n. 1. versic. secunda. est. Lullius de iuris lib. 2. cap. 24. n. 204. Gab. Valq. in opus. de benef. cap. 5. §. 3. dub. 11. à num. 68.

Ratio est, quia Pontifex non est dominus beneficiorum neque illorum fructuum, alias sine culpa posset in quemcumque vnum de illis disponere: sed est illorum administrator, & dispensator, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. sic nos existimemus, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Ad dispensator, & distributor ius non habet dispensandi, & distribuendi, nisi quatenus vnum fuerit citi, cuius est dispensator, & distributor. Christus autem dominus, cuius Pontifex est dispensator, & distributor, non consentit in distributione Ecclesiasticorum bonorum, quæ Ecclesiæ nocua sit, qualis est pensio beneficiis absque causa imposita. Ergo invalidè Pontifex illam imponit, & invalidè accipit pensionarius.

3. Ceterum mihi probabilius est, pensionem à Pontifice sine causa impositam validam esse, & secuti à pensionario accipi, tamen illicitè fuerit imposita, & à Pontifice debet reuocari, si expressè docuit Cordub. lib. 1. q. 9. 1. p. n. 1. Azor. 2. p. in sum. moral. lib. 8. cap. 5. q. 8. & multis allegatis, Garc. de benef. 1. p. cap. 5. n. 275. Gigas de pension. q. 6. n. 6. & q. 10. Flamin. de resignat. lib. 6. q. 2. n. 131. & 135. Sanchez. lib. 7. de decal. cap. 29. n. 97. Et quidem illicitam esse talis pensionis impositionem est manifestum. Tum quia generalitè est quamlibet actionem sine legitimo fine factam illicitam esse. Tum quia contra rationem est bona Ecclesiæ dispensare extra finem, ad quem fuerunt relicta, sed fuerunt relicta pro bono Ecclesiæ, & in augmentum fidei, & diuini cultus, ut de se constat. Ergo distributio, quæ in bonum Ecclesiæ non credit, qualis est impositio pensionis sine causa, illicita est. Quod autem valida sit, probat quia negari non potest dominium ecclesiasticorum bonorum penes Ecclesiam residere, & consequenter penes Pontificem, tanquam illius caput, & superiorem. Ergo si Pontifex hanc bona alienet, valide alienat, tamen alienationem ipse, & successor r uocare possint, & debeant. Deinde est Pontifex beneficiorum & Ecclesiasticorum fructuum dominus non sit, sed solum dispensator, & distributor, si tamen inter clericos illa bona dispense, valida est talis dispensatio etiam sine causa, quia talis dispensatio non est in substantia contra voluntatem Ecclesiæ, & Christi, si quidem non est dispensatio extra Ecclesiam, sed solum in modo, & voluntate dispensationis est contra voluntatem Christi, & Ecclesiæ. Quod exemptionis est contra voluntatem Christi, & Ecclesiæ. Beneficio promissionis beneficiorum confirmari potest, Beneficio enim collatio dignis facta, omittis dignioribus, illicita est, quia est contra bonum Ecclesiæ, & modum ab ipsa præscriptum, at talis collatio valida est; quia non contradicit substantiali eius intentioni, quæ est ut ministris dignis collatio fiat. At si pensio non pro clericis, sed pro laicis imposita sit, & Pontifex solum sit Ecclesiasticorum bonorum administrator, beneficium non erit ob rationem in prima sententia dictam, quia

est contra voluntatem Ecclesie talis distributio, & alienatio.

4 De Episcopis est grauis difficultas; an pensionem imponere possint, & qua ratione? Quam difficultatem explicat titulus...

Ex qua resolutione inferitur, idem esse dicendum de potestate delegati a latere in beneficiis, quae ipse conferre potest...

6 Aduerto tamen, quotiescumque ordinarius imponere pensionem potest, id ex iusta causa faciendum est...

7 Rursus est difficultas, an Pontifex, & Episcopus in beneficiis iurispatronatus imponere pensionem possint...

Et quidem posse Pontificem de plenitudine suae potestatis nemini potest esse dubium; quia omnia beneficia, & iurispatronatus illorum Pontifici subduntur...

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

dit expressè Lessius, Azorius & Doctores, in cap. cum dilectus, de iure patronat. & ratio est; quia ij patroni Ecclesiastici non ex fundatione, sed ex gratia Pontificis iurispatronatus obtinuerunt...

2 De Episcopo variant doctores, an illis casibus, in quibus potest pensionem imponere, extendatur eius potestas ad beneficia iurispatronatus; ita vt in illis absque consensu patroni possit pensionem imponere?

9 Nihilominus existimo nequaquam absque consensu patroni, & maxime laici posse beneficio pensionem imponi ab Episcopo: sic Rebuff. in praxi. 3. part. signat. num. 2. & 48. Rochus de iure patronat. verbo honorificum quastion. 3. & ex Parte conlenti Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 359.

10 Limitat Garcia num. 360. nisi magna adesse Ecclesie utilitas; quia tunc potest Episcopus patrono vocato, & rennente, pensionem imponere.

§. III.

Qui beneficiorum pensiones obtinere possunt.

- 1 Qualiter laicus incapax sit pensionis.
2 Non solum tempore nominationis, sed reservationis clericus debet esse.
3 Debet pensionarius habitum clericalem deferre, si pensio 60. ducatos excedit.
4 Ante 14. annos nemo videtur capax Ecclesiasticae pensionis.
5 Illegitimus dispensatus ad clericatum, non obinde censetur ad pensionem dispensatus, vt probabilis asseritur.
6 Inhabilitatus per sententiam ad beneficia, non est inhabilis ad pensiones. Secus si inhabilitatus a consuetudine procedat.
7 Reservatio pensionis excommunicato, aut suspensio facta nulla est.
8 Quid dicendum de irregulari?
9 Qualiter religiosus incapax sit pensionis.
10 Dispensatum ad beneficia censetur probabiliter esse dispensatum ad pensionem.
11 Quid si hanc dispensationem concesserit Episcopus?

VT huic quaestio satisfaciamus, plures sunt difficultates examinandae. Prima, an laicus capax sit pensionis: Pensionem temporalem ob ministerium temporale Ecclesiae exhibitum, vel exhibendum, certum est laico concedi posse; & saepe conceditur, non ab alio nisi a Romano Pontifice, cuius est fructus beneficij a beneficio disingere, & profanos efficere. Quapropter de Ecclesiastica pensione est aliqua difficultas; an valeat si laico concedatur, qui facta concessione clericus efficitur. Ratio difficultatis ea est, quia pensio non est benefici

beneficium, sed ius quoddam temporale separatim ab ipso beneficio...

Ceterum omnino tenendum est inuallidam esse reservationem pensionis...

Supradictam doctrinam limitat Rota in causa Papien. prioratus...

Adiunt aliqui non solum requiri, ut clericus sit tempore quo tibi pensio reservatur...

Secunda difficultas est, quam etatem habere debeas, cum tibi pensio Ecclesiastica reservatur...

Nihilominus probabilius censuo neminem ante 14. annum incapax esse pensionis...

traria: nam esto concilium non exprasset pensionem sub nomine beneficio...

Tertia difficultas, an illegitimus capax sit clericalis pensionis...

Ceterum probabilius credo illegitimum clericum, quo cum ad beneficium dispensatum non est...

Quarta difficultas an inhabilitatus ad beneficia, sit etiam inhabilis ad pensiones...

Ex quo fit reservatio pensionis factam excommunicato, & suspensio nullam esse...

Sic secundo quod dicitur si de irregulari, an incapax sit pensionis...

Quinta difficultas, an religiosus incapax sit pensionis. Quia in re certum est...

DE CASPARI

garato providetur ob necessitatem Ecclesie, ne fideles reme-
diis ad salutem sint destituti. Quae necessitas in reservatione
pensionis non procedit, notatur Sanchez *supra*. Quapropter
solum est difficultas de pensione imposita super beneficium
regulari, inquam illius capax sit religiosus ex consensu sui
superioris: ut videatur capax esse, quia est capax beneficij:
ergo & pensionis. Dicendum ergo est, ex parte religiosi capaci-
tatem adesse, ut pensio sibi referretur in beneficium regulari
ob rationem dictam; quia illius est beneficij capax. At quia
regularis superior potestatem non habet beneficii regulari-
bus imponendi pensionem. *element. unic. de supplenda negli-
pralar. & tradit ibi Bonifac. num. 2. & Archidiacon. cap. fin.
num. 2. de officio ordinar. in 6. ea de causa non potest religio-
sus capax esse illius beneficij pensionis: sic expressit Thom.
Sanchez lib. 7. in decal. cap. 29. num. 9. sed numero 99. affir-
mat pensionem impropiam, quae non beneficium, sed ipsi be-
neficiario esset imposita, optime posse ab Abbate religioso
concedi. Quid enim, vetat Abbatem beneficium regulare con-
ferre religioso, imponendo ei obligationem, ut alteri religio-
sorum vel monasterio det partem fructuum; siquidem ille reli-
giosus beneficiarius sub obedientia Abbatis manet, & ex eius
tacta voluntate fructus beneficij expendit, & cum Abbati
placuerit, poterit a beneficij administratione removeri; ta-
merit Lessio lib. 7. cap. 41. dub. 11. num. 94. videatur probabi-
lius eo ipso, quod religiosus parochus constituitur, consti-
tuitur administrator ab Abbate independentem tam beneficij,
quam omnium illius fructuum; ac proinde neque impropiam
pensionem ei concedi posse. Quod mihi non probatur, sicut
aque Sanchez.*

to Sexta difficultas est; an legitimus, & aliis inhabilis
dispensatus ad beneficium, censetur dispensatus ad pensio-
nem? Negare videtur Gigas *quaest. 18. & 19. Mandolus de
state minori. quaest. 23. num. 2. Rebuff. tit. de dispensat. ad plura.
num. 5. Mouentur quia dispensatio est strictiuris, ut multis
probamus *tract. de legib. vbi de dispensat.* Ergo non de-
bet: vta proprietatem verborum extendi. At sub proprietate
verbi beneficij pensio non comprehenditur; ut in princ. huius
puncti diximus. Ergo dispensatus ad beneficium, non intelli-
gitur dispensatus ad pensionem. Deinde in dispensatione non
est validum argumentum de maiori ad minus, pari vel simili,
vt probat text. in cap. vlt. de translat. prelat. vbi concessa fa-
cile est alicui, vt ad Ecclesiam maiorem transeat, non extendit
ad maiorem Ecclesiam, vel aequalem. Ergo dispensatio
ad beneficium, tamen maior sit, non extenditur ad pensionem.
Hinc sententiam limitat Gigas *qua. 18. in fine.* & Rebuff.
supra quibus consentit Azor. 2. part. lib. 8. cap. 7. *quaest. 6. vt
non procedat in reservatione pensionis super beneficium, in quo
fuit quis dispensatus; quia eo ipso censetur dispensatus ad
quamcumque pensionem in illo; eo quod pensio est pars be-
ficij, si igitur totum beneficium retinere potest, poterit & par-
tem.**

At mihi probabilius apparet, dispensatum absolutè, ad be-
neficium, censeri dispensatum ad pensionem. Quia per tale
dispensationem tollitur fundamentum inhabilitatis, nam
inhabilitas ad pensionem fundabatur in inhabilitate ad be-
neficium: eo quod secundum stylum curiae inhabilis ad be-
neficium, est inhabilis ad pensionem. Ergo sublata per dispen-
sationem inhabilitate ad beneficium, tollitur inhabilitas ad
pensionem ex consequentia: & ita tenet Azor. 2. part. *insti-
tut. moral. lib. 8. cap. 7. quaest. 6. & 8. Garc. 1. part. de benef. cap. 5.
num. 150. Gigas de pensio. quaest. 19. concludit si esset index, se
iudicaturum illegitimum dispensatum ad ordines, & beneficias
capacem esse Ecclesiasticae pensionis. Conclusio intelligenda est
de dispensatione ad beneficium absolutè; nam si dispensatio
facta esset ad vnam tantum beneficium determinatè, cum dispen-
satio finitur illo accepto, ut multis rebus probat Garcia
*cap. 5. num. 153. non poterit pensionem obtinere. Imo credo,
nilo tale beneficium renanciet, non posse ex vi prioris dispen-
sationis pensionem in illo habere; quia pensio non est pars be-
ficij, sed eius quoddam separatam a beneficio; ac proinde sub
dispensatione concessa obtinendi illud beneficium, non poterit
comprehendi potestas obtinendi in illo pensionem: sic Garcia
1. part. de benef. cap. 5. num. 156.**

II. Sed quid si dispensationem ad beneficium absolutè con-
cesserit Episcopus, poteritne dispensatus illa facta obtinere
pensionem quancumque? Gigas *quaest. 17. de pensio. Quin-
tana Duennas Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. num. 6. Zechus de pensio-
rib. cap. 1. n. 9. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 7. quaest. 6. in
fine. & 8. docent sic dispensatum posse obtinere aliam pensio-
nem praeter eam, quam potest Episcopus imponere. Quia pro
sola illa videatur dispensatio extendi. At mihi probabilius vide-
tur, quancumque pensionem sic dispensatum obtinere posse;
quia per dispensationem ad beneficium absolutè sublatum est
fundamentum inhabilitatis ad pensionem. Haec enim inhabi-
litas pensionis nascitur ex inhabilitate ad beneficium. Ergo
cessante hac inhabilitate quomodoocumque cesset, cessat inha-
bilis ad pensionem. Neque obstat Episcopus non posse ex
qualibet causa pensionem imponere, quominus dispensatus ad
*Ferd. de Castro Sum. Mor. Part. II.**

beneficium non censetur dispensare ad pensionem, quam ipse
imponere non potest; quia haec est dispensatio indirecta, & con-
sequens priorè dispensationem: sic videtur tenere Garcia
benefic. 1. part. cap. 5. n. 159.

S. IV.

Quae sint beneficia, in quibus pensiones constitui
possunt, & in qua quantitate.

1. Nunquam est censendus Pontifex gravare velle beneficia cu-
rata centum ducatorum valorem non excedentia.
2. Beneficia simplicia valorem 24. ducatorum non excedentia
non gravat Pontifex.
3. Quid dicendum de canonicis non excedentibus 24. duca-
torum valorem in fructibus, secus in distributionibus
quotidianis, ex qua clausula censentur gravata.
4. Centum pro Rectore, & mille pro Episcopo non solum tem-
pore gratia, sed semper remanere debent, ut probabilis
defendo.
5. Si non remaneant centum pro Rectore, & mille pro Episcopo,
an sit nulla pensio impositio, vel reducenda?
6. Si beneficiarius intendit ab onere solvendi se excusare, quia
non remanent sibi centum libera, ipsi competit onus pro-
bandi.

Neminè esse potest dubium, Pontificem posse de pleni-
tudine suae potestatis in omnibus beneficiis curatis, siue
non curatis iure magni valoris, siue exigui pensionem in ea
quantitate, quae sibi bene visa fuerit, imponere: quae liberam
habet beneficiorum administrationem. At numquam censendus
est velle beneficia curata parochialia gravare, quorum valor
centum ducatorum non excedit secundum veterum annuum
valorem, neque Episcopalia, quorum valor non excedit sum-
mam ducatorum mille, quia ita cautur in Trident. sess. 24. cap.
15. de reform. in fin. Haec autem centum pro parochia, & mille
pro Episcopo debent manere libera ab omni onere, & obliga-
tione; quia in sustentationem parochi, & Episcopi designan-
tur. Alias, non parochia, & Episcopi remanent: sic Rota
decess. 296. part. 1. divers. Leo in thesauro fori Ecclesiast. cap. 22.
num. 13. & cap. 31. numero 26. Garcia 1. part. de benef. cap. 5.
numero 176. vbi bene testatur sic declarasse sacram concilij con-
gregationem dicto cap. 11. Item debet esse ducatorum valor
iuxta regionem in qua est beneficium constitutum: sic testatur
Barbosa in remission. ad dict. cap. declarasse sacram concilij con-
gregationem Idem docet Garcia *supra* num. 37. Zechus de be-
nefic. & pensio. cap. 11. num. 6. His igitur centum pro parochia,
& mille pro Episcopo liberis remanentibus, in reliqua parte pen-
sionibus grauari possunt.

2. Beneficia vero simplicia valorem 24. ducatorum non ex-
cedentia non solet Pontifex pensione gravare, neque cano-
nicatus & dignitates centum non excedentes. Quia aequum
est hanc tenuem summam pro alimentis beneficiarij relinqui:
sic Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 7. *quaest. 7. sine.* Excedentes
vero hanc summam pro parte excessus gravare solet Pontifex.
Azor. d. q. 7.

3. Aliqua beneficia simplicia, vt canonicatus, & dignitates
valorem 24. ducatorum non excedunt, si spectentur proprie-
tatem fructus, & proventus: at si spectentur proventus quo-
tidianarum distributionum, quae pro intercessione in choro
iis beneficiariis designatae sunt, ad mille scuta accedunt: tunc
ergo dubium est, an in iis beneficiis pensio imponi possit? Et
videtur quod non. Quia haec distributiones non sunt beneficij
fructus, sed laboris stipendium & operis merces *cap. 1. de
clerico non residente, in 6. Contra vero videmus canonicatus
Hispaniae, quorum proventus praecipui in distributionibus
quotidianis consistunt, pensione grauari. Dicendum ergo est,
supradicta beneficia non censeri gravata ex clausula, quae pen-
sionem imponit super redditus, fructus & proventus beneficij:
sic Alexand. Moneta 1. part. de distrib. *quaest. 7. & 8. quaest. 14.
num. 21. Garcia pluribus decisionibus Rotae comprobans, 1.
part. de benef. cap. 5. num. 386. Azor. 2. part. instit. moral.
lib. 8. cap. 8. quaest. 17. Excepi, nisi ex subiecta materia, &
curiae stylo aliud constaret, vt si in narratione dictum fuerit
beneficij valorem 25. ducatorum non excedere in canonicatis
bus, & hoc non obstante imponitur pensio centum, & am-
plius: absque dubio censenda tunc est imposita in distribu-
tionibus, ne dicamus conclusionem esse vanam. & inutilis-
sic Azor. & Garcia *supra*. Vt autem tota dubitatio auferatur
quoties Pontifex intendit distributiones quotidianas gravare,
id exprimit hac clausula apposita, *etiamsi in solis distribu-
tionibus, & non nisi praesentibus, & diuini officij interuentibus
dari, & per eos lucrari consueverit: sic relato Mandolio tradit Azor.
dict. cap. 8. quaest. 7.***

4. Circa supradicta restant examinandae aliquot difficul-
tates. Prima, an si successu temporis minuantur illa centum
pro Rectore, & mille pro Episcopo quae debent remanere
libera pensione soluta, teneatur beneficiarius pensionem
soluere

soluere integram, si tempore reservationis, & gratia integra centum pro Rectore, & mille pro Episcopo remanebant: Affirmat Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 398. Mouctus: quia gratia Pontificis non debet pendere à futuro euentu, qui singulis annis variationem recipere potest, sed ex tempore data regulanda est. Ergo diminutio successu temporis contingens, non potest obitare reservationi pensionis factæ. Quam doctrinam adeo extendit Garcia, ut affirmet non posse beneficiarium petere reductionem pensionis, si ex funeralibus, ingressu Ecclesie, aliisque emolumentis contingentibus congruam habeat, tamen hæc congrua centum in Rectore, & mille in Episcopo non attingat.

Cæterum mihi probabilis apparet, illa centum pro Rectore, & mille pro Episcopo non solum tempore gratiæ, & reservationis verificanda esse, sed etiam successu temporis firma remanere debere. Quia illa quantitas est assignata in sustentationem Parochi, & Episcopi, sed ad hunc effectum æque necessaria est illa quantitas successu temporis, ac tempore gratiæ. Ergo. Quæ ratio probat illa centum, vel mille, quæ deducta pensione remanere debent; non esse aliter computanda successu temporis, quam computantur in principio, & cum in principio computentur ex fructibus certis beneficii, successu temporis sic computari debent; sic tradit Rota in vna Zamoren, execut. decimatum 2. Maij 1591. coram E. Scraphio, ibi, clausula, quod remaneant centum pro Rectore, solita apponi in pensionibus, non solum est verificanda de tempore gratiæ, sed etiam requiritur, ut continuo duret, ad hoc ut pensio sustineatur alioquin ex pensione venit suppleendum, quod Rectori deest.

Ad fundamentum Garciae respondeo, gratiam Pontificis, quoad præsentem valorem, non pendere à futuro euentu, sed à præsentis conditione, cum de præsentis consistere possit, remaneant centum pro Rectore, & mille pro Episcopo. At quoad eius durationem, & conseruationem pendet illa gratia ex futuro euentu; quia annectitur dictæ conditioni, ut remaneant centum pro Rectore, & mille pro Episcopo. Quia conditione deficiente pensio saltem pro illa parte non subsistit.

Secunda difficultas est an reservatio pensionis nulla sit, si ea deducta non remaneant pro Rectore centum & mille pro Episcopo, an potius reducenda sit? Quia in re distinctio videtur. Garcia 1. p. de benef. cap. 5. num. 422. & dicit si pensio imposita sit, ad voluntatem, & consensum resignantis beneficii, reservationem pensionis nullam esse, si ea deducta non maneat centum pro Rectore, & mille pro Episcopo, quia resignans non aliter, neque alio modo resignat, nisi sub obligatione pensionis integrè soluendæ. At pensio integrè solui non potest centum pro Rectore, & mille pro Episcopo remanentibus. Ergo & resignatio, quæ ab ipsa pendet, at si pensionis reservatio non ad voluntatem resignantis, sed ob aliam causam facta sit, neque potest integrè solui, remanentibus centum pro Rectore, reducenda est ad quantitatem, quæ possit solui illis centum remanentibus; quia præsumendum est Pontificem velle collationem beneficii firmam manere, & solum eam pensionem concedere; quam de iure beneficium capere potest. Quod si maiorem expressit, ex ignorantia processit, & sub ea minor intelligenda est. Et quoad hanc secundam partem approbo sententiam Garciae pluribus decisionibus Rotæ confirmatâ. Prima pars mihi difficilis est, ex illa enim sequitur solutionem pensionis integrè faciendam esse, quamuis successu temporis, nec centum, nec congrua remaneat titularis, quia non aliâ, neque alio modo resignationem facit, nisi sub obligatione pensionis integrè soluendæ. At durum videtur, titularem obligatum esse beneficio inseruitæ absque stipendio iusto sibi à iure assignato. Ergo non est dicendum pensionem esse integrè soluendam. Quapropter ego censetem sic resignantem beneficium, & pensionem ultra id, quod capere potest exposulantem, velle resignationem firmam esse; quia non est præsumendum velle actum facere inutilem & vanum, & consequenter credendum est velle, ut resignatio remaneat ea, quæ à iure conceduntur, scilicet centum Rectori, & Episcopo mille, aliâs haberet voluntatem iniquam, & iuri contrariam, quod non est præsumendum. Ex quo fit tacite velle, ut pensio ad minorem quantitatem, & iuri proportionatam reducatur. Si enim actus non valet, ut fit, valeat eo modo quo valet potest. Adde sibi debere imputare pensionis diminutionem, si quidem illam imposuit ultra vires beneficii resignati. Vnum tamen mihi videtur certum, casu quo à principio resignatio beneficii, & constituta pensio effectum haberet, & successu temporis non posset integrè solui pensio remanentibus centum pro Rectore, pensionem esse reducerdam. Nam cum in hoc casu vnus ex duobus pati debeat in proprio iure diminutionem, vel beneficiarius, vel pensionarius; æquum est, ut potius pensionarius, quam beneficiarius patiatur. Quia fractus beneficii, ex quibus pensio soluenda est, beneficiario sunt potiori iure adiacenti, quam pensionario.

Tercia difficultas est, si beneficiarius non vult pensionem soluere, quia illa soluta non remanent sibi centum libera, cui competit, onus probandi beneficiarium à solutione pensionis non se posse excusare? Omnis variis placitis, dicendum exi-

alimo, penes beneficiarium esse onus probandi supradicta certum non remanere, ut sic à solutione pensionis se excusare possit. Et quidem quando beneficiarius est successor illius qui pensionem contulit, & soluit, & à solutione pensionis se excusare præterdit, mihi certum videtur. Tam quia constat de eius obligatione ratione beneficii gratuiti accepti. Ergo præterdendo se eximere ab hac obligatione, ostendit debet causam exemptionis. Tum quia habens potest legem, habet intentionem fundatam, sed pensionarius habet, pro se legem, ut ipsi pensio soluantur. Ergo ipsi competere non potest onus probandi sibi soluendam esse. Tum & præcipue, quia pensionarius est quasi in possessione ex gendi integrè pensionem ex fructibus beneficii; eo quod ab antecessore in beneficio illam exegerit, & receperit. Ergo, ut deturbar ab hac quasi possessione, causam ostendere debet qui deturbatur. Et hæc rationes probant idem esse dicendum in beneficiario, qui pensioni contulit, & soluit, qui si præterdat se à solutione excusare, probare debet excusationem. Quia ratio solutionis est pensionarius in quasi possessione, habet pro se legem, & intentionem fundatam. Adde in his casibus agi non potest ad nullitatem pensionis, sed ad illius reductionem, vel extinctionem: si quidem pro valore stat lex & possessio. Sed quoties agitur ad reductionem vel extinctionem pensionis, probare debet qui agit, & reductionem præterdit, ut tradit Rota in vna Salmantina pensionis, 26. Maij 1593. relata à Garcia 1. part. c. 5. num. 424. vers. 4. est casus.

Quocirca solum restat dubium quando beneficiarius qui pensionem contulit, nondum illam soluit, an tunc ipse probare debeat non esse locum pensioni, vel potius pensionario competere onus probandi locum esse pensioni, & quouque ipse probet, non teneat beneficiarius pensionem soluere? Rota in suprad. Salmantina casu 2. & 3. apud Farinac. 1. 1. num. 1. de c. 1. 44. n. 3. dicit penes pensionarium esse hoc onus. Tum quia beneficiarius habet suam intentionem fundatam, ne beneficia sibi collata grauentur pluiquam par est. Tum quia pensionario conceditur pensio, dum modo beneficium illam sustinere possit. Ergo quouque probet beneficium illam sustinere posse, ei non debet, quia dispositio condicionalis non habet effectum, nisi penitentia conditione. Neque obstat beneficiarium in Pensione contulisse, quia semper censetur consentire sub conditione, quod beneficium illam capere possit.

Nihilominus adhuc in hoc casu mihi probabilis apparet, penes beneficiarium esse onus probandi beneficium capere non posse pensionem, alias excusari non poterit ab illius solutione. Mouctus, quia Pontifex pensionem beneficio imponens, & beneficiarius ei consentiens præsumuntur actum facere iuri conuoluntatem. Ergo præsumuntur eam pensionem imponere, quam beneficium à tena iuris dispensatione capere potest. Ergo pro valore pensionis stat præsumptio. Ergo qui illam impugnat, onus probare debet. Neque obstat concedi pensionem sub conditione, quod beneficium illam sustinere possit, ut dicitur pensionarium obligatum esse probare illam beneficium posse sustinere; quia eo ipse, quo beneficiarius contulit, & ex cui voluntate literæ fuerunt expeditæ, probatum habet pensionari beneficium illam sustinere posse, ne dicamus, à Pontifice actum vanum & inutilem fieri. Non enim illa conditio, dummodo remaneat pro Rectore, suspendit collationem pensionis, quouque probetur à pensionario. Aliâs nullus pensionarius exigere posset pensionem, quouque probaret beneficium illam sustinere posse, quod est contra communem sensum, & præxim, quæ à puncto collationis supponit beneficium illam posse sustinere, præcipue accedente beneficiarij consensu.

S. V.

De forma imponendi pensionem in beneficio.

- 1 De consensu beneficiarij pensio imponenda est.
- 2 Vacante beneficio constituendus est defensor beneficii, quibus beneficiarij pensioni consentiant.
- 3 Requiritur patroni consensus.
- 4 An in imperatione pensionis sit faciendus mentio de beneficii obrentis. Quid sentiat Garcia.
- 5 Resoluitur non esse necessario faciendam mentionem de bonis factis obrentis, bene rationem de pensionibus.
- 6 Si beneficio resignatio imponens pensionem credens liberam esse, inualida est pensionis impositio.
- 7 Quantitas pensionis non videtur necessario exprimienda, excepto casu quo in beneficio pensio gratuita velis suam pensionem imponere.
- 8 Sine iustis illa clausula, ut pensio soluantur hæc, non habita beneficii possessione.

EX solutione aliquatam difficultatam constat, quæ requiritur pro forma in pensionis impositione. Imò dubitatur de consensu beneficiarij, an hic requiratur pro forma? Respondeo requiri, esseque inualidam pensionem, quoties de beneficiarij consensu non constat. Quia non præsumitur

tot Pontifex velle pensionem imponere, aliter quam ipse praescribit imponendam. Est autem a Pontifice praescriptum, ut nulla pensio imponatur, nisi de consensu illius beneficiarii, qui pensionem solvere debet, qui si fuerit in curia personaliter, praesertim consentium, & solitum iuramentum; si minus per procuratorem ad id specialiter constitutum, ut habetur in reg. 4. r. l. 43. Cancell. Ergo absque huiusmodi consensu, vel illius expressa derogatione nulla est pensionis impositio. Ergo consensu beneficiarii habetur pro forma: sic Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 8. quest. 6.

Hinc fit, Episcopum, & legatum in iis casibus, in quibus pensiones imponere possunt, nequaquam eas imponere absque consensu illius, qui solvere eas debet, qui non valent supra dicto iuri Pontificio derogare: & tradit Giga de pension. q. 10. Azor. loco allegat. Cacial. quest. 5. Garc. de benefici. p. cap. 5. numero 320.

Dubium tamen est: an si vacanti beneficio imponatur pensio, contingendus esse defensor aliquis beneficii, qui in pensionem loco beneficiarii consentiat? Negat Garcia supra dicto loco in pensione Ecclesiastica, & admittit in profana. Moverit quia signa beneficii de iure sunt requisita pro alienatione rerum Ecclesiae, ac reservatio pensionis Ecclesiasticae, non est alienatio; est tamen reservatio pensionis profanae; Ergo solum pro reservatione pensionis profanae contingendus est defensor. Verum mihi probabilis apparet constituendum esse defensionem beneficii, qui loco beneficiarii consentiat pensioni. Tum quia pensio esto non sit proprie alienatio, est tamen quasi alienatio, eiusque naturam imitatur. Tum & praecipue, quia aliquis est obligandus ad pensionis solutionem, qui non potest esse alius, nisi qui fuerit beneficii defensor, & fructuum cultos. Ergo ex illius consensu pensio imponenda est, iuxta supra dictos Cancellar. Tum denique quia lupadicta regula absolute habet, ut absque consensu illius qui solvere debet pensionem nullatenus litterae pensionis expediantur. Ergo supponit, semper debere adesse aliquem obligatum pensionem solvere, & ex illius consensu litteras expediri. Neque regula distinguit, an pensio imponatur in beneficio vacante, vel non vacante.

Secunda difficultas est de consensu patroni; an requisitus sit pro forma? Cui difficultati §. 2. satisfacimus, affirmativam partem sequentes.

Tertia difficultas est: an in impetratione pensionis Ecclesiasticae sit necessario facienda mentio de obtentis beneficiis, vel pensionibus? Garcia 1. p. de benefice. cap. 5. a. num. 83. distinguit inter pensionem ex causa lucrativa, vel ex causa onerosa: & affirmat ad impetrandam pensionem ex causa lucrativa, qualis est omnis illa quae conceditur extra causam resignationis, quaeque datur coactivo, ut commodius quis sustentari valeat, esse necessario faciendam mentionem de obtentis, secus vero in impetratione pensionis ex causa onerosa scilicet ex causa resignationis. Priorem partem probat. Tum quia pensio ex causa lucrativa loco beneficii succedit, sed ad impetrandum beneficium est mentio facienda de obtentis, ergo ad impetrandam pensionem. Tum quia stylus curiae est hanc esse mentionem faciendam. Secundam partem probat quia pensio datur ex causa resignationis non obligatorie datur pensionatio, sed ne nimium dispendium patiatur in resignatione, ac proinde in illius impetratione non videtur mentio necessaria facienda de aliis beneficiis obtentis, quia loco beneficii habet, & quod habere potest succedere. Verum si pensionem impetras ex resignatione beneficii, quod nullatenus retinere potes; eo quod ad aliud incompatible electus sis, in talis pensionis impetratione necessario facere debes mentionem de beneficiis resignato, & de iure ad beneficium quod habes, ut sic constat resignationem illam non esse onerosam, sed lucrativam; si quidem obligatus es beneficium demittere obtento incompatible: sic Garcia supra.

Quarta difficultas est: si iusta illa clausula in reservatione pensionis apponi solita, scilicet ut pensio solvatur habita vel non habita beneficii possessione; videtur non esse iusta; quia pensio est ius ad fructus ex beneficio percipiendos, sed beneficium, cuius quis possessionem non habet, non habet fructus. Ergo non potest esse in illo pensio. Ex consensu. Si obligatus solvere aliquas mensuras tritici colligendas ex aliquo praedio, dum absque tua culpa nullum ex tali praedio fructum colligis, non teneris ex leg. si debitor. ff. de contrahenda em. ut sed beneficiarius obligatur ex fructibus beneficii pensionem solvere. Ergo dum absque tua culpa nullum fructum colligis, pensionem solvere non teneris. Ergo, item si beneficiarius obligatur solvere pensionem, quin possessionem apprehendat, obligatur solvere pensionem ob solum beneficii titulum. Ergo talis obligatio sapit speciem simoniacae. Nihilominus dicendum est illam clausulam licitam esse: sic defendit Navar. 1. consil. de praebend. cons. 5. num. 4. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 6. quest. 1. Ratio est quia esto pensio in beneficii fructibus retineatur, obligationem tamen suscipere potes illam solvendi; tamen nullo fructus percipias, sufficit

fatis constat; imo contrarium ex ipsius litteris pensionis colligitur cum saepe in fauorem plurimum, qui beneficiis gaudent expediatur, quin in ipsis illa mentio beneficiorum reperitur, quae si necessario facienda esset ibi exprimeretur.

Quod autem in impetratione pensionis fieri mentio debeat alterius pensionis obtentae, si eam pensionarius habet, testatur Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 9. quest. 3. esse communem sententiam, adducitque Gigancem de pension. quest. 29. Callador. de cess. de pension. Gambarum de offic. leg. lib. 6. num. 226. Mandof. de signatur. grat. C. i. i. de pension. vers. suppositimus. C. reg. 33. q. 6. a. n. 7. Garc. 1. p. de benefice. cap. 5. num. 561. Fia. Patil. lib. 6. de resignat. q. 2. a. n. 40. Probantque supra dicti doctores efficaci satisfactione. Quia non praesumitur Pontifex velle duplici onere Ecclesiam gravare, cap. mandatum c. litteris de rescrip. C. c. duobus. eodem tit. in 6. Quod a fortiori minuit, si pensionem obtineas in beneficio alia pensione grauatuo, siue grauatum sic in tui fauorem, siue in fauorem alterius, semper enim est facienda mentio antiquae pensionis valida, ne beneficium vitia vires graueretur, sic Rota in vna Cremonen. penit. 23. Martij 1615 apud Fatim. in nouis. decis. 666.

Sed quid si beneficio resignato imponas pensionem, credens bona fide liberam esse, cum tamen grauatum sit alia pensione, citra hanc secunda pensionis reservatio valida; Affirmant aliqui, si utriusque pensionis beneficium capax sit. At mihi probabilis videtur pensionis reservationem inuaidam esse, quia si sciret Pontifex beneficium illud pensione grauatatum esse, forte non consentiret pensioni denuo impositae, praecipue in tanta quantitate, vel saltem difficillime consentiret. Ergo praesumendum est ex errore praebere consensum, ac proinde esse nullam: sic Gambarus de offic. legat. lib. 6. dicto num. 126. Neque reprobat Azorius supra quest. 3.

Vltius inquires: an cum de pensione est facienda mentio debeas eius valorem exprimere; Affirmat Garcia 1. part. de benefice. cap. 5. num. 101. Moverit; quia in reg. concellar. de expimento valore beneficiorum dicitur expimentum esse valorem aliorum quorumque beneficiorum. Sed sub dictione generali cuiuscumque beneficii pensio intelligitur, ut multis allegatis docet Sanchez lib. 2. in decal. cap. 28. num. 36. Mandof. reg. 33. q. 6. num. 23. C. 9. Gambarus lib. 6. a. num. 350. Rebuff. de pacifice. posse. num. 332. alia 114. Item quia eadem ratio videtur esse de pensione ac de beneficio, cum loco beneficii succedat. Nihilominus, probabilius existimo, non esse opus quantitatem exprimere pensionis casu quo in beneficio pensione grauatuo nouam pensionem velles constituere: sic Giga de pension. q. 67. concl. 6. Rota in vna Avulen. beneficii de Mobelyan. 30. Octobris 1595. quam refert Garcia. 11. p. de benefice. cap. 3. num. 199. Moverit, quia supra dicta regula cancellariae expresse loquitur de impetratione beneficiorum, ergo non est extendenda ad pensionis impetrationem. Tum quia illa regula exorbitat a iure communi, ex vi cuius non est exprimentum beneficii valor, ut multis allegatis docet Menoch. de arbit. lib. 2. casu 201. num. 78. Ergo non est extendenda, sed potius limitata. Tum quia si regula illa extendere ad pensionem, in cuiuscumque impetratione esset mentio facienda de pensione, & eius valore; si curi facienda est in impetratione cuiusque beneficii; sed supra constitutum est, & tenet Garcia in impetratione pensionis onerosae non esse necessario faciendam mentionem de obtentis. Ergo siquum est supra dictam regulam non extendi ad pensiones. Neque obstat sub dictione quorumcumque beneficiorum aliquando, venire pensiones, quia hoc est in materia fauorabili; non odiosa, & casu quo aliunde non limitetur, ut in praesenti limitatur ex dictione aliorum, quae familia replicat non dissimilia, & impropria, quales sunt pensiones comparatione beneficiorum, ex leg. si fugitui. tunc in glossa fin. ibi communiter approbata. Cod. de seruis fugitiuis. & tradit Giga supra. Dixi ex cepto casu, quo in beneficio pensione grauatuo velles nouam pensionem constituere, quia tunc valor pensionis est exprimentus, ne contingat beneficium vitia vires grauari.

Quarta difficultas est: si iusta illa clausula in reservatione pensionis apponi solita, scilicet ut pensio solvatur habita vel non habita beneficii possessione;

Videtur non esse iusta; quia pensio est ius ad fructus ex beneficio percipiendos, sed beneficium, cuius quis possessionem non habet, non habet fructus. Ergo non potest esse in illo pensio. Ex consensu. Si obligatus solvere aliquas mensuras tritici colligendas ex aliquo praedio, dum absque tua culpa nullum ex tali praedio fructum colligis, non teneris ex leg. si debitor. ff. de contrahenda em. ut sed beneficiarius obligatur ex fructibus beneficii pensionem solvere. Ergo dum absque tua culpa nullum fructum colligis, pensionem solvere non teneris. Ergo, item si beneficiarius obligatur solvere pensionem, quin possessionem apprehendat, obligatur solvere pensionem ob solum beneficii titulum. Ergo talis obligatio sapit speciem simoniacae.

Nihilominus dicendum est illam clausulam licitam esse: sic defendit Navar. 1. consil. de praebend. cons. 5. num. 4. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 6. quest. 1. Ratio est quia esto pensio in beneficii fructibus retineatur, obligationem tamen suscipere potes illam solvendi; tamen nullo fructus percipias, sufficit

sufficit quod habeat ius illos percipiendi, sicut potes obligari solvere pensionem illis annis, in quibus nullo fructus colligeres: quia cum hac obligatio sponte suscepta sit, non debet tibi datum, & difficile esse ei satisfacere. Hinc soluitur ratio dubitandi. Ad confirmationem dico obligatum solvere mensuras ritici colligendas ex pradio, excusari ab obligatione. dum nihil collegit: at non excusaretur, si obligatus esset solvere, siue eas collegerit, siue non: sic in pensioe dicendum est te non esse obligatum solvere absolute in illis fructibus ex beneficio perceptis, quando per te non fiat, quominus illos percipias, excipie nisi liberet te ad id volueris obligate. Ad secundam confirmationem nego esse simoniam, cum ex consensu Pontificis hac obligatio suscipiatur.

S. V. I.

De obligatione beneficiarii solvendi pensionem, & potestate pensionarii illam exigendi

- 1 Beneficiarius obligatus est sub gravi culpa pensionem solvere.
- 2 Beneficio vacante tenetur Ecclesia fructus percipiens pensionem solvere.
- 3 An succedens in beneficio pensione gravato tenetur solvere pensionem decursam tempore antecessoris? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Resolvitur prius conveniendum esse heredem beneficiarii postea successorem in beneficio.
- 5 Si fructus diminuantur notabiliter, an solvenda integre pensio sit?
- 6 Tenoris pensionem solvere sua prebende impostam, si prebendam dimittit, & novam obtinet.
- 7 Si beneficio vacante imposta sit pensio ad sui favorem quod beneficium fuit Petro concessum, & ob eius inhabilitatem non habuit effectum, & tandem Joanni acquisitum est, tenetur Joannes tibi pensionem solvere.
- 8 In loco beneficii pensio solvenda est.
- 9 Possitne exigere pensio ante literarum expeditionem.
- 10 Quid dicendum in illa questione, an pensio imposta beneficio à Titio possessor, quo Titio durante literas non expediti, possit decursam pensionem à Caio, cui est beneficium concessum, exigere. Negativè responderetur.
- 11 Si à Caio beneficiario pensionem trium annorum sequenti anticipatis solutionibus receperis, & pensionem transferis in Titium, potestne Titius à Caio beneficiario pensionem solutionem exigere? Probabilis est posse.
- 12 Pensionarius agere potest hypothecaria actione adversus quicumque possessorem fructuum beneficii gravati.
- 13 Possitne pensionarius adversus beneficium negantem pensionem agere iudicio de spolio seu possessorio.
- 14 Quid de possessione debita alicui ecclesie, & soluta tuo antecessori, an inquam possis agere iudicio possessorio ut tibi solvantur.
- 15 Agens iudicio possessorio obligatus est ostendere titulum, & reservationem. Et apponitur quaedam limitatio.
- 16 In exigenda pensione quem modum pensionarius servare debet.

Non est dubium obligatum esse sub gravi culpa beneficiarium, in cuius beneficio pensio est imposta, eam solvere. Tum quia pensio est portio extracta à beneficio pensionario applicata. Tum quia in literis pensionis sub gravissima pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, privationis beneficii præcipitur eius solutio. Quod non solum verum est de beneficiario primo consentiente pensio, sed de quocumque illius successore, quia pensio est onus reale fructibus beneficii annexum, ac proinde accipiens beneficium pensione gravatum, obligatur illud onus sustinere: sic Gigas de pensio. quaest. 43. Azor. 2. p. instit. mor. lib. 8. c. 8. q. 13. Garcia 1. p. de benef. cap. 5. n. 178. & 190.

2 Hinc fit, beneficio vacante teneri ecclesiam percipientem fructus pensionem solvere ob rationem dictam; quia est onus reale fructibus beneficii annexum, & tradit Gigas de pensio. quaest. 6. Gutierrez, canon. quaest. cap. 1. num. 116. & n. 123. Garcia 1. p. cap. 5. num. 188. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. c. 12. quest. 10. Quocirca, si diuturna sit vacatio, dandus est reconomus, qui conveniri possit à pensionario, qui que pensionem solvere debet: sic Gigas, Gutierrez & Azor. supra. Item sequitur beneficiario pensio solvenda est à sequenti: sic Garcia, num. 176. cum Gigante. quaest. 72. Secundo fit decisio illius gratiæ questionis; an pensio constituta in canonicatu consistente in distributionibus quotidianis, quæ interessibus conceduntur solvenda sit à capitulo tempore vacationis? Et dicendum est solvendam esse, prout iatus dixi tract. de horis canonicis. disp. ult.

3 Dubium tamen est primo an succedens in beneficio pensione gravato tenetur solvere pensionem decursam tempore

antecessoris insolutam? Ratio dubitandi est; quia successor in beneficio nullo fructus percipit illius temporis, neque habet beneficium ab antecessore, sed à Pontifice, cui ergo obligandus est pensionem solvere? Pensio enim fructibus perceptis illi tempore erat annexa; & que de causa beneficiarii, illos percipiens conveniri poterat. Ergo non successor in beneficio, & ita tenet Caccialupo de pensio. q. 1. Gambardus de offic. leg. lib. 6. q. 11. à. n. 441.

4 Ceterum in hac re dicendum primo est, si beneficiarius vel eius hæres conveniri possunt pro pensionis decursæ solutione esse conveniendos, ante quam successor in beneficio conveniatur. Quia ipsi sunt directè obligati, maxime si fructus aliquos beneficii retineant; quia tunc hypothecaria actione conveniri possunt. Neque æquum est ante horum excusationem ad successorem devertire qui nullo fructus beneficii percepit, & solum videtur obligatus ad solutionem in subsidium: sic pluribus decisionibus Rotæ comprobatur Garcia 1. p. de benef. c. 3. n. 139. etiam plures doctores relati ab eodem num. 191. dixerunt liberum esse pensionario contra hæredem, vel successorem beneficii procedere, & satis esse contra successorem agere, quia aduersus ipsum executio procedere potest; cum tamen aduersus hæredem non possit, nisi via ordinaria.

Secundo dico facta excussione beneficiarii, vel hæredis posse pensionarium pro solutione pensionis ad successorem beneficii recurrere. Tum quia non est æquum privari pensionarium iure sibi debito. Tum quia successor in beneficio suscipit onus beneficii annexum, & consequenter suscipit obligationem pensionis solvendæ. Neque valet dicere pensionem esse onus beneficii non vtentis, sed pro illis fructibus, qui tempore decursæ pensionis fuerunt percepti, quia pensio non annectitur determinatè his vel illis fructibus, sed quibuscuque fructibus beneficii, dum non est soluta. Quod constat in beneficiario consumente vno anno fructibus beneficii integros, & pensionem non solvete, quia ex fructibus aliorum annorum solvete debet, quique fructus loco fructuum illius anni subrogantur. Sic in præcæto dicendum est, fructus beneficii collectos tempore antecessoris obligatos esse pensionis solutioni; at quia non extant, subrogantur in eorum loco fructus reliquorum annorum ex eodem beneficio perceptis: sic Gigas de pensio. quaest. 39. Azor. 2. p. instit. mor. lib. 8. c. 8. q. 14. Garcia 1. p. de benef. c. 3. n. 191. & seq. quæ omnia optime confirmantur decis. 352. in novis apud Farinæ.

5 Secundo dubitabis, an si nullo fructu, vel non nisi diminutos collegeris casu aliquo fortuito, bello scilicet, inundatione aquarum, aut sterilitate agrorum tenearis pensionem solvete; vel possis illam diminute pro diminutione fructuum, vel insolutam relinquere? Azor. 2. p. instit. mor. lib. 8. c. 13. q. 3. cum Gigante q. 62. n. 10. de pensio. negat te posse negare pensionem, vel illam diminute; quia pensio non est annexa determinatè fructibus beneficii cuiuslibet anni, aliis neque successor beneficii obligabitur solvere pensiones decursas tempore antecessoris, neque beneficiarius, qui iuxta consuetudinem aliquantum ecclesiarum nullo fructu percipit primo anno, tenetur pensionem solvete, quod est contra communem sensum. Ergo quod vno, vel altero anno fructus non colligantur, non te excusate potest à solutione, si reliquis annis colligis sufficientes fructus. Adde multiplicatis fructibus non agitur pensio, ergo neque ipsis diminutis debet dimitti.

Dicendum tamen est, si fructus non sint ita diminuti, quin in beneficio parochiali tibi remaneant centum soluta penobæ & in aliis beneficiis quantitas, quæ iuxta literas Pontificas remanere debet, te excusari non posse à solutione pensionis; quia illa diminutio non obstat pensionis impositioni. At si fructus ita diminuantur, vt nulli, vel in quantitate minori quam ex iure debent, remaneant soluta pensione, credo te posse diminute pensionem pro quantitate tibi debita diminuta, vel insolutam relinquere. Tum quia sub illa conditione constituta ecclesie pensio. Tum quia annua pensio est onus reale annexum fructibus annuis, & pereunt principaliter, perire debet accessorium in quo fundatur. Secus veto est, cum fructus colligantur, tunc inquam ecclesia manet obligata ad solutionem pensionis, cui obligationi si beneficiarius sic fructus coniungens non satisfecit, successor in beneficio satisfacere tenetur.

Credo tamen autoritate ordinarij hanc diminutionem pensionis, vel illius negationem fieri debere, & non autoritate propria; quia non est ita certum, & apud doctores constans collectio fructuum aliorum annorum non computari huius anni diminutionem, & consequenter non est certum beneficium excusatum esse à solutione integra pensionis. Ergo in casu dubio non debet propria autoritate duci, & pensionarium iure certo acquisitum priuare.

6 Tertio dubitabis tenearisne solvere pensionem tuæ prebende impostam, si illam dimittis, & novam obtines, vt contingit in pluribus ecclesiis, in quibus datur optio prebende pinguioris: Cui dubitationi optime respondet Gigas de pensio. q. 93. n. 3. & 4. & ex illo Azor. 2. p. instit. mor. lib. 8. c. 13. q. 4. sub hac distinctione, si prebende talis Ecclesie distinctæ sunt: eo quod quilibet suos fructus, & proventus proprios, & determinatos habet.

habeat, neque cum aliis communitur, dimissa prabenda onerata, & libram obtinens, a pensionis solutione excusatur. At si prabenda non sunt distincta, neque distinctos habeat fructus, sed fructibus collectis a capitulo sit distinctio singulari prabendatis suam portionem assignans maiorem, vel minorem iuxta prabendam quantitatem, tunc non censetur excusatus a solutione pensionis, quia pensio imposta est super fructus a te perceptos.

7. Quod dubitabis, si beneficio vacanti imposta fuit pensio ad tui fauorem, & Petro beneficium concessum fuit, cuius concessio ob eius inhabilitatem non habuit effectum, sed Ioannes beneficium tanquam vacans per obitum impetrauit, teneatur ne Ioannes tibi solvere pensionem; Videtur non teneri quia ipse non consensit pensioni, & consensu antecessoris illi nocere non potest, vt pote ab inhabili praestitus. Nihilominus dicendum est esse obligatum Ioannem solvere tibi pensionem, ac si beneficium tunc fuisse Petro collatum, & ipse legitime concessisset. Quia haec pensionis referatio non dependet ex valore collationis, sed ex voluntate Pontificis intendens tibi pensionem concedere illud beneficium a quoque possideatur, sic tradit Gonzalez de regul. mens. gloss. §. n. 9. 60. Garc. de benef. 1. p. cap. 5. n. 13.

8. Quod dubitabis quo in loco beneficiarius solvere pensionem debeat; Respondeo debere solvere in loco beneficii, nisi aliud in referatio pensionis expressum sit. Quia est onus beneficii, & illius fructibus annexum: sic Gamba de officio legat. 1. p. 6. n. 6. 12. Gratia de excep. forens. cap. 94. n. 60. Garc. pluribus decisionibus comprobans. 1. p. 6. 5. n. 9. 33. Quocirca si pensionarius, aut eius procurator, non est in loco solutioni destinato, debens pensionem non est in mora, debet tamen facere proclamationem, vt si consistit non repetiri beneficiarium neque eius procuratorem, est in forma camerae fuit obligatus & cum clausula sine retardatione, debet facere depositum; alias non satisfaciatur: sic Garc. sup. n. 234. & 235.

9. Quod potestatem exigendi pensionem, quam pensionarius habet, occurrit dubitatio, possit ne pensionarius eam exigere ante litteras, expeditas? Cui dubitationi respondent doctores alligandi in foto conscientiae posse ex gi. & solui durante primo semestri, quia gratia pensionis firma est, verbo tantum concessa tamen litterae non expeditur. sic Gigas de pensionib. 4. 34. num. 6. fine. & seq. Ludovic. Gomez reg. de non iudicando iuxta formam suam p. 114. vers. breuiter Mandol. reg. 2. 7. cancell. 9. 7. n. 4. Rebuff. de pact. passor. 9. 137. eod. 21. & p. 132. benef. in separatur. gratia 3. p. n. 11. Th. Sanchez lib. 8. de matr. d. 1. 2. 9. num. 5. Dicit durante primo semestri, nam illo transacto non licet pensionem recipi, nec solui litteris non expeditis. Quia Pius V. id sub excommunicatione referuata prohibuit, vt relato Cord. sum. 9. 166. Man. 2. sum. c. 11. n. 9. Vega. 2. sum. c. 65. in vlt. causa docet Sanchez supra. Ergo vero existimo neque etiam primo semestri exigi, neque solui pensionem posse ob clausulam, quae in supplicatione pensionum apponi mandatur a tempore Greg. XIII. vt scilicet vigore litterarum de super expeditarum. &c. nec alias per solendam. Quae clausula apponitur tum in fauorem patris, tum & praecipue, ne defraudentur officiales cancellariae. Tempore vero Sixti V. id mandatum erat sub pena nullitatis pensionis, vt testatur Salustius Tiber. in pract. aduitoris camera. lib. 3. c. 4. Clemens autem VIII. addit, vt infra nouem menses proximos expendantur litterae, alias praesens referatio nulla sit. Ex quo manifeste constat neque pensionem ex gi. neque solui posse litteris non expeditis, & obligationem esse expeditis litteras infra nouem menses a die supplicationis, alias nulla erit referatio, sic Garc. 4. parte de benef. cap. 2. num. 44.

10. Hinc fit decisio illius quaestionis, an si tibi referuata fuit pensio super beneficio, quod Titius possidebat, neque litteras expedito cunctis duobus annis sequentibus, quo tempore Titius mortuus est, & beneficium Caio fuit concessum, & tu litteras expeditis, an inquam tunc a Caio exigere possis pensiones decessit tempore Titij? Affirmat Gigas 4. 40. quom quonitur Azor. lib. 8. c. 13. q. 10. quia a puncto concessio est grauium illud beneficium, & cum Caio illud accipiat, cum illo onere accipere debet. Ceterum tenendum est nullo modo posse pensionem illorum annorum decursam exigere a Caio Quia neque a Titio eam pensionem exigere poteris sub excommunicatione poena iuxta praedictum bullam Pij Vergo neque a successore. Neque obstat gratiam esse validam si illa vt impeditur. Adde gratiam esse factam nullam ipso iure, si quidem infra nouem menses a die supplicationis litteras non expeditis ob clausulam a tempore Clem. VIII. apponi solitam.

11. Restant tamen aliquot difficultates examinandae. Prima, an si a Caio beneficiario anticipatis solutionibus pensionem annuam sequentium annorum receperis, & pensionem in Titium transferas ex potestate Pontificia, quam habes transferendi, possit ne Titius a Caio beneficiario pensionis solutionem exigere? Negare videtur Gigas 9. 88. 5. Mouetur quia tu nullum aliud ius transiisti in Titium, nisi quod possidebas: subrogatur enim loco tui? at tu ob anticipatas solutiones potestate carebas exigendi pensionem a beneficiario illis annis sequentibus. Ergo

Titius hac careere debet potestate: subrogatus enim naturam, & conditionem sortitur eius in cuius locum subrogatur, leg. filia sua. §. Titia. ff. de condition. & demonst. §. fuerat. in fin. de actionib. & alius exorat Gonzal. gloss. 5. §. 9. n. 99. Item beneficiarius solutione pensionis anticipata liberatus est ab obligatione soluendi, ergo ob nouum pensionarium illam contrahere non potest, Nihilominus credo probabilius nouum pensionarium exigere posse a beneficiario pensionem, ac si tibi non soluisset: sic expressit Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. c. 13. q. 5. Ratio est: quia tu non transfers in Titium pensionem quam habes, sed tua pensione extincta nouam Titius obtinet similem prolius ei, quam tu obtinebas. Non enim in pensionibus datur vacatio, sed extinctio. Ergo solutio tibi facta non potest beneficiarium releuare ab onere soluendi Titio suam pensionem: sibi enim imputare debet, quod anticipata soluerit. Et confirmari potest exemplo prelati locantis fructus alicuius praedij, & recipientis pensionem anticipatam aliquorum annorum, qui si interim moriatur, non releuatur locatarius a soluenda pensione successori, tamen iam antecessori soluisset.

12. Secunda difficultas est, an pensionarius agere possit hypothecaria actione, siue aduersus beneficiarium, siue aduersus haeredem Negat Paul. Castren. com. 338. cuius initium est. Quia exemptiones. volum. 1. Felin. c. ad audientiam. 2. de rescrip. Mouetur, quia non videntur fructus beneficii tacita hypotheca obligati pensionario, Tum quia pensio saepe constituitur non in alimentum pensionarii, sed in remunerationem ob seruitia ecclesiae facta, vel ob resignationem beneficii possessi, aut iuris ad illud. Tum quia pensio est portio separata a beneficii fructibus, Ergo fructus beneficii non possunt solutioni pensionis hypothecari: Ceterum verius est posse pensionarium agere hypothecaria actione ad solutionem pensionis aduersus quemcumque possessorem fructuum beneficii grauari: sic docuit Gigas de pensionib. 9. 51. a num. 17. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 13. q. 1. Ludouic. Rom. com. 338. quod incipit in casu propositi themarise Ratio est quia pensio imponitur super beneficii fructus, ita vt ex fructibus beneficii soluenda sit. At quous certe rei onus imponitur, illa res censetur tacita hypotheca obligata pro illo onere, iuxta leg. codicillis. §. in iustitio ff. de legat. 2. & notatur Barr. in leg. Lucius. ff. de aliment. & citat. legat. & leg. fundum ff. de legat. 2. Neque obstat pensionem non esse alimentum, quominus fructus beneficii eius solutioni non hypothecentur: sufficit enim quod super ipsos fuerit constituta. Neque valet dicere, quod sit portio a beneficii fructibus detracta: quia cito ab ipsis separata sit, est tamen ex illis soluenda. Dicitur autem separata, quia aperi a beneficiario separatur, & applicatur.

13. Tercio difficultas est, possit ne pensionarius, cui solutio pensionis denegatur, agere aduersus beneficiarium iudicio de spolio, seu possessorio. Et quidem si per plures annos pensionem recepit a beneficiario modo negante, non est dubium agere posse, quia acquirit possessione priuata. At si semel tantum accepit, negant plures. Probabilius credo agere posse iudicio de spolio, Vnus enim actus sufficit in hac parte ad possessionem inducendam: sic Gratiam de excep. forens. cap. 113. a num. 20. Garcia pluribus decisionibus comprobans. 1. p. de benef. c. 5. n. 470. Quod verum habet, tamen solutio metu censure facta sit, nisi fuerit cum protestatione: sic Garcia & Garcia supra. Adde, aduersus successorem in beneficio negantem pensionem, potest pensionarius agere eodem iudicio, si antecessor soluerit; quia ex variatione personatum succedentium in beneficio non mutatur ius pensionarii habentis possessionem exigendi ex fructibus illius beneficii. annuam pensionem; quia fundatur in titulo pensionis, & solutione illius facta. Vnde variatio beneficiarium est per accidens. sic Gigas quaest. 7. de pensionib. n. eo. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. c. 13. quaest. 2. in fine. cum Glossa in cap. gratiosus. de rescrip. in 6.

14. Quarta difficultas est, an pensione debita alicui ecclesiae, & soluta tuo antecessori possi agere iudicio possessorio, vt tibi succedenti in beneficio soluarur. Ratio dubij est, quia, numquam fuisti in possessione. Respondeo te posse agere, quia tu non agis nomine proprio, sed nomine iure ecclesiae, quae ob solutiones factas antecessori, est in possessione exigendi illam pensionem. sic Rota deci. 4. in nouis. de restit. spoliat. quae incipit Possessor beneficii. Gigas 9. 47. n. 9. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. c. 13. q. 2. circa finem.

15. Quinta difficultas est, an agens iudicio possessorio obligatus sit ostendere titulum pensionis, & grauiam factam verificare; Alii affirmant, alii negant, quorum opinionem conciliant Gigas 9. 47. de pensio. n. 4. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. c. 13. q. 2. dicentes non esse obligatum ostendere titulum, si per multos annos possederit, quia diuturna possessio titulum praesumere facit. Secus vero si per modicum tempus; quia recessus possessio, & per modicum tempus non inducit tituli praesumptionem. Hec doctrina verissima est quoad titulum, & referuacionem pensionis, quia hic titulus non praesumitur, nisi ex quadragenariis, vel trecentariis, vel saltem decennali, possessione, quia fiat in contrarium praesumptio iuris, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Quapropter siue pensionarius agat iudicio possessorio, siue petitorio, quomodocumque procedat, tamen in possessione exigendi pensionem sit, debet ostendere titulum,

titulum, & reservationem pensionis; alijs erit repellendus. Garcia 1. p. cap. 5. num. 478. & 482. At verificare huiusmodi titulum, & reservationem, credo probabilis non esse necessarium, quando; solum agit iudicio possessorio ad solutionem pensionis. Sic pluries iudicavit Rota, prout referre, & sequitur Garcia 1. p. de benef. cap. 5. num. 454. & 461. Ratio est, quia probata per pensionarium pensionis possessione cum titulo, habet suam intentionem fundatam grauari beneficiarium. Adde; cum quis agit iudicio possessorio, solum præcedit retentionem in possessione, ad quam præventionem obtinendam ius habet ex vi possessionis obtentæ cum titulo. Ergo prius illo non potest, dum ab aduersariis non probatur nullum habuisse ius possidendi: verum si pensionarius non iudicio possessorio, sed petitorio agat pro solutione pensionis, & titularis obicit pensionem nullam esse ob incapacitatem pensionarij, vel beneficii ob incapacitatem illius, quia pensio medietatem fructuum excedit, vel centum rectori non remanent libera contra conditionem in litteris expressam. In his ergo casibus dicendum est, obligatum esse pensionarium verificare narratiuam conditionum ad ipsum pertinentium, tamen si in possessione sit exigendi pensionem, vt multis allegatis docet Garcia 1. p. de benef. cap. 6. num. 479. quia illa quali possessio, si non sit trecennalis, vel quadragenalis non probat veritatem illarum conditionum, sed solum facit illas veras præsumere; præsumptio autem non sufficit ad grauamen beneficio imponendum. At si conditiones potius se tenent ex parte beneficij, quales sunt quod pensio medietatem fructuum non excedat, quod rectori centum libera remaneant, & alia similes, si beneficiarius pensioni consensit, credo probabilis penes ipsum, & non penes pensionarium obligationem esse probationis in contrarium. Quia pensionarius consentiens pensioni; præsumitur valorem beneficij cognouisse, & sibi imputate debet onus cum consensit. Adde ex defectu talium conditionum potius ad reductionem, quam ad nullitatem pensionis agendum est. Ergo pensionario non potest onus probandi incumbere. Secus vero dicentem in beneficiario non consentiente, & vel in successore beneficij ante solutionem, qui in iudicio petitorio condemnati non potest ad solutionem pensionis, quousque pensionarius conditiones requisitas in reservatione probet.

Supradicta intelligenda sunt de reservatione pensionis ad instantiam pensionarij, vel iuxta illius narrationem, secus si ex motu proprio fuerit reservata, quia tunc non competit pensionario verificare narratiuam, cum pro se habeat voluntatem principis pensionem imponentis; sic pluries firmat Garcia 1. p. de benef. c. 5. n. 491. Quapropter vt ab huius pensionis solutione se eximat beneficiarius, probare debet causam nullitatis.

16 In exigenda pensione sibi debita hunc modum seruat debet pensionarius. In primis eligere debet iudicem executorem iuxta executoriales sibi datas. Qui iudex necessario debet esse canonicus cathedralis Ecclesie, vel in dignitate Ecclesiastica constitutus, capit. statutum de rescrip. in 6. qui habet cognitionem causæ, esto executio procedat; coram hoc iudice præsentare debet litteras gratiosas pensionis; & executorias, vt ipsi conferat, qua ratione procedere possit; quibus sic præsentatis concedit executor mandatum contra possessorem beneficij, vt intra terminum, qui sibi bene visus fuerit, soluat pensionem decursam, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, aliisque penis, &c. Quo mandato intimato beneficiario in propria persona, vel eius procuratori, aut si id fieri non possit, quia se malitiose occultat, publicato ad domum eius, vel in loco publico; vbi ad eius notitiam deuenire possit. Si intra terminum signatum non comparet solutus, publicandus est excommunicatus, & in expensis condemnandus, quantum taxam sibi iudex executor referuat. Neque necessarium est ad hanc publicationem, quod pensionarius iustificet gratiam pensionis; sufficit si probet esse in quasi possessione illam exigendi. Quod si titularis intra terminum compareat, & opponat causam legitimam, exequantem à solutione, quæ possit in continenti probari, nempe solutionem pensionis, remissionem ipsius, vel autoritate Pontificis redemptionem illius extinctionem per matrimonium, vel professionem, pensionarij inhabilitatem, concedendus est terminus breuis 10, vel 15. dierum arbitrio iudicis, vt causam allegatam probet: quod si probauerit plenè, suspenditur executio, & terminus, executio fit, aliisque iuris remedijs ad solvendum compellitur; neque ob inde negatur titularis actio, vt in iudicio petitorio causam sequatur. A mandato autem executio huius iudicij non datur appellatio suspensiva; quia executio procedit. Excipit, nisi modum excederet, qui in appellatione exprimeretur.

Nunquam tamen potest hic executor ante sententiam datam pro solutione pensionis sequestrum in fructibus beneficij ponere; quia sequestrum est odiosum, & à lege prohibendum. leg. 1. Cod. de prohibita sequestro. & ante condemnationem beneficij, eiusque causæ examinationem non est iustum illa cum pena afficere, illoque medio odio, & à lege prohibito vti. At pronuntiata sententia, & condemnato beneficiario ad pensionis solutionem, poterit executor sequestrum ponere in be-

neficij fructibus, vt ex illis fiat pensionario satisfactio; quia in hoc sequestro non grauat beneficiarius, cum in eius voluntate sit constitutum tollere sequestrum satisfaciendo pensionario.

At si pensionarius non per se, sed per procuratorem agit ad solutionem pensionis, procurator vltra ostensionem tituli pensionis verificare mandatum debet; & probare pensionarium viuere tempore decursæ pensionis, cuius solutionem petit, quia sine mandato procurator esse non potest, neque pensionem exigere nisi pro vita pensionarij. Quod si beneficiarius opponat expresse mandatum; quia pensionarius iam è vita discessit probare debet; quia procurator suam intentionem habet fundatam; si quidem validum eius mandatum admittitur. Secus vero si beneficiarius opponeret falsum esse mandatum, vel pensionarium è vita discessisse tempore decursæ pensionis sibi petitæ, quia tunc competit procuratori & verificare mandatum, & probare pensionarium illo tempore vixisse, quæ omnia latius sequitur Garcia 1. p. de benef. cap. 5. à num. 350. usque in finem.

S. VII.

Sub qua pena teneatur beneficiarius pensionem soluere.

- 1 Duplici pena obligatur, & an ha incurranter eo ipso quo pensionem non soluit. Proponitur dubitandi ratio Resolutio non incurritur, quousque pensionarius declaret suam voluntatem.
- 2 Qualiter hac declaratio faciendæ est.
- 3 An possit fieri ante executionem realem. Resolutio possit.
- 4 An si cedas bonis, excusetur penis non soluentium imperio. Sub distinctione respondetur.
- 5 Qualiter intelligatur priuatio beneficij, & potestas in pensionario regrediendi ad illud.

1 Duplici pena cogitur beneficiarius ad pensionis solutionem termino prefixo. Prima excommunicatio ipso facto incurrenda. Secunda priuatio beneficij, & cum potestate concessa pensionario regrediendi, vel accedendi ad ipsum. Difficultas est, an hæc pena incurranter ad beneficiario eo ipso quo pensionem non soluit termino solutionis præfixo; Et ratio difficultatis est; quia in litteris pensionis sub excommunicatione ipso facto incurrenda obligaris, inquit enim Pontifex, volentes, & eadem autoritate statuentes quod ille, vel quicumque alius successor, qui in dictis festiuitatibus (scilicet natalis Christi Domini, & natalis S. Ioannis) vel saltem intra 30. horas, illarum singularum immediatè sequentes pensionem prædictam per eum non debitam non persoluerit cum effectu lapsis diebus istis, sententiam excommunicationis incurrat. Ergo transacto termino sub quo villa alia declaratione excommunicationem contrahit; sic affirmat Azor. 2. p. in sit. mor. lib. 2. cap. 9. quæst. 5.

At omnino tenendum est, te, non incurritur, quousque pensionarius declaret se ita velle: cum enim in eius fauorem lata sit excommunicatio, & beneficij priuatio, cum voluntati artemperatur, & dum talis voluntas non declaratur, censetur esse permissiva dilationis ex recepto stilo, & consuetudine: sic Nauar. in sum. cap. 23. numero 103. Callador. decis. 23. de licentia. & decis. 2. de pension. circa finem. Flamin. Part. lib. 3. quæst. 3. & lib. 6. quæst. 2. num. 139. & quæst. 3. à num. 21. Filare. de off. Sacerdot. 1. part. lib. 3. cap. 7. Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 581. Suar. 1. de censur. disp. 20. sect. 2. num. 10. Tol. in sum. lib. 1. cap. 9. vers. hoc tamen. in edit. Roman. Mandol. de signatur. gra. tit. de pensionib. vers. clausula excommunicationis. Gonzalez gloss. 56. num. 54.

2 Hæc autem declaratio voluntatis pensionarij intenditur vt excommunicatione iugis ob non solutam pensionem, debet esse iudicialis, & tibi solemnè notificatione facta, atque ab eo à iudice procedentes, quia ita statat stylus; sic tradit Callador. Nauar. Suarez, & Garcia supra. Neque sufficit fieri per procuratorem absque speciali mandato, vt alijs relatis docet Gonzalez supra. Hæc tamen pensionarij pro solutione pensionis hæc declarationem facere non potest; quia potestas declarandi non transit ad hæredes, sed vita pensionarij finitur, sic relatus Calladoro decis. 2. de pension. num. 6. & seg. & decis. 3. num. 1. & 3. de locato. Caputaquen. decis. 153. num. 3. & 4. part. 1. & tradit Gonzalez supra num. 53. Quod verò lubingit Nauar. facti hæc iudiciali declaratione te fore censendum excommunicationem à termino solutionis præfixo, & ad illum terminum retrotrahi excommunicationem, mihi non probatur, licet nec Suar. supra. d. sect. 2. num. 11. quia cum toto illo tempore non fueris contumax in soluenda pensione, sed potius ex præsumpta voluntate creditoris solutionem distuleris, non apparet quomodo tanquam excommunicatus reputari, & condemnari possis. Nam vt bene tradit Couarru. capite Alma. 1. part. 8. 10. numero 6. & Suar. dicto numero 11. in his penis spiritibus non est locus fictioni iuris, sed veritas semper attendenda est.

Sed inquires, an hac declaratio pro incurrenda excommunicatione fieri possit, quin executione reali, vel personali prius compellat solvere. Ratio vbi est quia Trident. sess. 13. cap. 3. de reformatione rō. s. in iudicialibus. cauet excommunicationem imponi nisi in subsidium supradictæ executionis, & quando aiter effectus obineri non potest. Quapropter non delecto de Cores, qui censent ibi præscribi formam imponendi censuram, qua non servata nulla est impositio: sic Francisc. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. 3. p. cap. 38. numero 22. Sayrus de censur. lib. 1. cap. 9. numero 13. Lazarus de monitorialib. sect. 4. quæst. 8. num. 7. & tradit Rota apud Garc. 1. p. de benef. cap. 5. num. 587.

Cæterum omnino tenendum est contrarium, vt constat ex stylo & praxi satis recepta. Non enim hæc excommunicatio expeditur in subsidium executionis realis, vel personalis. Quia est excommunicatio lata quasi per legem, & ex tuo consentu cum solutione pensionis sub illa censura consentit. Neque tunc præcipitur executionem realem esse prius faciendam, Ergo ab hac excommunicatione, & declarari potest: sic in terminis docet Garcia loco allegato, & testatur sic declarasse sacra concilii congregationem his verbis quando literis Apostolicis datur facultas excommunicandi mortuum in solutione pensionis, non tenetur executor in ferenda sententia excommunicationis servare formam decreti Trident. sess. 25. cap. 3. nec huiusmodi facultas censetur data in subsidium.

Vltimus inquires, excusetis ne ab hac excommunicatione incurrenda, a illi que penes, si cedas bonis, assignata tibi congrua sustentatione, iuxta textum in cap. Odoardus de solutionib. Videtur non excusatus eo quod in literis pensionis ceteris beneficiis dicit cap. Odoardus. Et quia pensio ante omnia deducenda est ex fructibus beneficii sic tradunt Couarru. lib. 2. var. cap. 1. num. 3. Ioann. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 17. numero 3. & vlt. Garcia 1. part. benef. cap. 5. num. 236. Ceterum placet mihi distinctio suar. tom. 5. de censur. disput. 20. sect. 2. num. 13. affirmantis te excusatam esse, si abique grati dicta tui status, & dignitatis clericales pensionem solvere non potes, quia præsumi non potes huc naturam, & strictæ obligationi cedere, sed enim iniqua cessio. At si cum aliqua leui diminutione tui status potes solutionem præstare, teneris; & in hoc sensu intelligitur renunciat dicit cap. Odoardus. Quapropter isto ordinarius non possit facta tali renunciatione admittere bonorum cessationem, & congruam sustentationem tibi assignatam potest ad auditorium cameræ accedere, vt illam admittat, qui eam admittere debet non obstante renunciatione, & signare tibi sustentationem maius strictam, & limitatam, quam regulariter tui status non renunciantibus præstat. cap. Odoardus, assignatur, sic expressè suar. supra, vbi notat, si impetres à Pontifice diploma, vt beneficio dicti cap. Odoardus, vti possis, prout de iure conceditur, debere in scripto apponi clausulam derogatoriam cuiuscumque obligationis cameræ, aliàs non huius effectus esse.

Secunda difficultas est de pena priuationis beneficii, & regularis pensionarij ad ipsum, quia ratione intelligatur. Et quidem beneficiarium non esse obligatum beneficium dimittere, quousque sententia saltem declaratoria criminis accedat. Probabilis censur. tract. de legib. disp. de lege parali. At data sententia potest pensionarius habens potestatem accipiendi boni fictum, illud accipere sicut potest dominus bona emphyteutice accipere ob non solutam pensionem, si ad sui petitionem declaratum fuerit emphyteuticam incidisse in commissum. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. quæst. 4. Aduerto tamen ob de curiam, & non solutam pensionem beneficiarij mortui non posse successorem beneficio priuari, neque pensionario dani regressum, quia cum in vita non fuerit declaratus excommunicatus, neque in excommunicatione perseverauerit temporis requisito ad priuationem, priuari non potest: sic bene probat Azorius dicta 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 9. quæst. 4.

S. VIII.

Quæ sint obligationes pensionarij ob habitam pensionem.

- 1 De obligatione recitandi officium paruum satis dictum est tract. 7. religionis.
- 2 Quid de obligatione pensionarij soluendi subsidium, & excusatam, aliæque onera beneficii annexa.
- 3 Pensionarius de fructibus perceptis libere restari? Negant aliqui. Probabilis est posse.

PRIMA & præcipua obligatio pensionarij est recitare officium paruum B. Virginis, de qua obligatione abundè diximus tract. de horis canonicis, disp. 2. Neque aliquid occurrit notandum.

Secunda obligatio, quam pensionarius habet, est contribuere ab subsidium, & excusatam, ad decimam Papæ, & collectionem ad seminarij contributionem, ad Ecclesiæ repa-

rationem, aliæque onera beneficii imposita: cum enim pensio ex fructibus beneficii debeat, & omnia hæc onera beneficiorum fructibus annectantur, consequens est, vt pensioni annexa sint: sic Gigas de pensionib. quæst. 38. & 19 Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 9. quæst. 2. Gambarus de officio leg. lib. 6. quæst. 5. num. 207. Nicol. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. numero 171. Barboia. 3. part. de potest. Episcop. alleg. 77. num. 14. alleg. 64. num. 8. Hinc fit beneficiarium obligatum solvere hæc onera posse retinere eam partem, quæ pro quantitate pensionis soluenda est: sic relato Decio consil. 156. Cacialupo quæst. 17. docet Garcia supra, & Barboia.

Ab hac regula excipi debet pensio ex gratia Pontificis ab iis oneribus libera, & exempta: solet enim Pontifex sic pensionem alicui concedere. Quia concessione facta tenetur rector beneficii ea onera subire, nihil deducendo pro pensione: sic Gigas, & Azor. supra num. 172. Gambar. à num. 216. Hæc tamen exceptio, & privilegium solet sequentibus privilegiis in contrarium derogari cuius derogatio vt habeant effectum, debet expressè fieri, & per verba satis clara: sic Garc. supra.

Quod si hæc exceptio non obstante pensionarius cogetur à collectore apostolico illa onera subire, debet antequam soluat protectionem præmittere, quod coactus, & timore censuræ facta solutio ei nocere non potest, quia non est voluntaria, vt colligitur ex leg. voluntaria. Cod. de excusat. tunc, & cap. accedentibus de privilegiis, & cap. cum accessissent, de constitutionib. & ex Bartol. in leg. 1. Cod. de his qui sponte mun. publ. subeunt, lib. 10. & Ludovic. Roman. consil. 252. & tradit Gigas quæst. 61. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 13. quæst. 8. At si protectionem non præmissa soluit probabile est admittere privilegium, probabilis enim oppositum tract. de legib. disput. 4. p. 19.

3 Ultra supradictas obligationes affirmant aliqui pensionarium de iure communi testari non posse de fructibus pensionis, sicuti non potest beneficiarius ex fructibus beneficii quia cum pensio sit quædam portio ex beneficii fructibus detracta eisdem regulis metiri debet; sic Nauarr. de redditib. quæst. 1. monito 32. num. 2. & 3. & de spoliis 8. num. 8. Sarmiento de redditibus, part. 2. cap. 1. numero 7. Redoan. de spoliis Ecclesiast. §. ex his, & de rebus Ecclesiæ. Rub. 33. quæst. 1. ad finem. Mol. de instit. 1. tom. tractat. 2. disput. 145. Garcia 1. part. de benef. cap. 5. n. 161. Contrarium huius sententiæ defenditur à grauissimis doctoribus, liberumque pensionarium relinquunt, vt de pensionis fructibus possit pro suo arbitratu, siue in vita, siue in morte dispendere: sic Gigas quæst. 52. Couarr. in cap. cum in officio, num. 6. ad finem de testamenti. Menoch. de arbit. casu 172. numero 8. Quintana Duennas lib. 2. Ecclesiast. num. 7. Buticatus consil. 178. ex num. 27. ad 37. Zetola in praxi Episcop. 2. part. verbo pensionarius. §. 25. & verbo spoliu. §. 15. Mouentur, quia solum beneficiarius videtur hæc obligatio imposita, & non pro omnibus eorum bonis, sed pro illis tantum, quæ ratione, & iure Ecclesiæ acquirunt, quia hæc tantum sunt, quæ in Ecclesiæ vsum conuerti debet, vel successori in beneficio reuertari, vt colligitur ex cap. cum vos, de officio ordinar. capite present. eodem tit. in 6. At pensionarius neque est ne beneficiarius, neque fructus percipit iure Ecclesiæ: sed iure renunciationis, gratitudinis, aut simili sibi in alimentum, & subsidium vitæ concessos. Ergo potest de illis libere dispendere.

In hac re distinctione vtiur Azor. 2. part. instit. mor. lib. 7. cap. 3. quæst. 8. & 16. affirmat namque spectato iure communi, pensionarium libere dispendere posse de fructibus pensionis, neque sub spolio clericorum contineri ob rationem dictam; quia cito sint fructus beneficio sunt tamen à beneficio separati, & pensionario applicati, non iure Ecclesiæ, sed alio titulo. At spectatis constitutionibus Pontificis Pauli III. Iulij III. & Pij V. siuequam pensionarium de illis dispendere pro libito possit, sed in vita debere residuum sustentationis in vltus pios expendere, & in morte non posse de ipsis testari, sed cameræ Apostolicæ applicatos esse.

Cæterum mihi sententia Couarru. Gigantis, Menoch. & aliorum magis probatur: quia nullum verbum video in constitutionibus supradictis, ex quo hæc inhabilitas ad testandū colligatur. Nam constitutiones Pauli III. & Iulij III. non loquuntur de fructibus pensionis, sed de acquisitis per beneficiarium titulo negotiationis, vel aliunde contra factos canones. Constitutio vero Pij V. nihil aliud facit, quam exceptionem ponere aliquorum bonorum, ne sub spolio cameræ Apostolicæ debito comprehendantur, in quo vtilitati, & indemnitati. Ecclesiarum prouidit, & licet subdar. Pontifex redditus, & prouentus beneficii, seu pensionis valorem 30 ducatorum non excedentes sub spolio non comprehendi; non inde inferatur redditus & prouentus beneficii & pensionis extendentes valorem 30 ducatorum comprehendi, sed solum inferatur relinqui dispositioni iuris communis: cum autem ex iure communi solum confter redditus, & prouentus beneficii sub spolio clericorum comprehendit; efficitur sane redditus, & prouentus pensionis liberos esse ab hoc onere; proinde posse pensionarium de fructibus

fructibus pensionis in vita, & in morte disponere; neque sub spolio canonicæ Apostolicæ contineri, tam spectantioris antiquo, quam nouo.

§. I X.

Quaratione pensionarius possit pensionem in alium transferre.

- 1 Affirmant plures pensionem translatam eandem esse in translatione auctoris in transferente.
- 2 Probabilis est per translationem nouam pensionem constitui. Et sit iuris contrariis.
- 3 Fideiussor datus à beneficiario non obligatur translata pensionem.
- 4 Solùm ex auctoritate Pontificis est potestas transferendi pensionem.
- 5 Quis modus seruandus sit in translatione pensionis.
- 6 In quas personas transferri possit.
- 7 Potestas transferendi pensionem prima translatione valida finitur.

Negari non potest vsu & stylo Romanæ curiæ pensiones transferri. Hæc igitur translatio est mutatio iuris ex vna in aliam personam.

1 Dubium tamen est, an sit eadem pensio in translatione, quæ erat in transferente: Affirmat Suar. tract. 3. lib. 4. cap. 33. numero 6. Rota in vna Carpentoraten. pens. 29. Maij 1602. Crim. alia Segobien. 20. Maij. 1598. relatis à Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. numero 256. Et probatur, quia transferens pensionem cedit iuri quod habet, vt in translatione sit. Ergo non est aliud ius in translatione, ab eo quod erat in transferente. Alias non esset translatio, sed nouæ pensionis constitutio. Et quidem confirmari potest, si census tempus esset ea conditione, vt loco retum, quæ solutioni hypothecæ sunt, aliæ subrogari possunt, & de facto subrogantur, per talem subrogationem non constitueretur nouus census, sed antiquus perueniret mutatis hypothecis, quarum mutatio non sufficit ad mutandū obligationem census, quæ eadem perseverat, sed per translationem pensionis, non mutatur obligatio, sed quæ erat comparatione conferentis, est respectu translataj. Item census non variatur ex eo quod ex vno in alium transferatur, quia semper eadem obligatio perseverat. Ergo similiter non variabitur pensio ex translatione vnius in alium.

2 Nihilominus dicendum est per translationem pensionis nouam pensionem constitui, & antiquam extingui, sic ex communi sententia testatur Gigas de pension. quest. 74. numero 1. & quest. 88. num. 8. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 10. quest. 5. & cap. 11. quest. 1. Gratian. discip. forens. cap. 113. numero 77. Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. numero 255. Flamin. Parisius lib. 6. de resignat. q. 4. numero 7. Ratio est, quia in pensionibus non datur vacatio; quia non sunt iura realia, & perpetua, sed temporalia, & personalia, vnde mutatis personis ipsa iura mutantur. Alias si idem ius in translatione esset, ac erat in transferente, mortuo transferente periret ius translataj, quia transferens solum habebat ius pensionis pro sua vita, & consequenter non posset ultra vitam propriam ius translatione concedere. Ergo per translationem non transferitur ius idem, sed aliud in conditionibus simile. Et ob hanc similitudinem dicitur eiusdem pensionis fieri translationem, tametsi pensio translata distincta sit.

Neque obstant contraria. Concedo pensionarium cedere iuri quod habet, vt in translatione sit aliud simile, non verò sit idem. Ad confirmationem primam admitto gratis censum non variari, ex eo quod variatur hypothecæ; non tamen inde inferitur non variari pensionem, si pensionarij variatur, quia vnitas census non tam ex hypothecæ, quam ex obligatione debitoris desumitur, quæ cum eadem sit idem est census: at vnitas pensionis ex vnitate pensionarij desumitur, quia illo percipiente petit, ac proinde ad variationem pensionarij variatur pensio. Ad 2. confirmat. dico census perpetuus non variari ex translatione vnius in alium, sicut non variatur beneficium, ceteri beneficiarij variatur; quia personis non anteceduntur, sed censum dicendum est in pensionibus, quæ pensionariis adherent, & cum ipsis percipiuntur; sicut vsus fructus cum usufructuario, & census vitalitius cum persona cui soluitur.

3 Ex his inferitur fideiussorem datum à beneficiario in fauorem primi pensionarij, non transire in translataj fauorem; quia protogatio fideiussionis ex sola fideiussoris voluntate pendet; non ex pensionarij, neque ex Pontificis voluntate; cum autem fideiussor solum dederit fideiussionem in fauorem primi pensionarij, nequaquam ad translataj fauorem extendi debet: & ita docet Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. num. 247. decisionibusque Rotæ comprobatur.

4 Secundo dubitabis; quibus competat potestas transferendi pensionem? Certum est nemini competere posse, nisi ex auctoritate Pontificis. Quia nullus excepto Pontifice concedere potest facultatem grauandi beneficia. At per translationem

nam pensionis beneficia grauantur; siquidem onus impostum denno prorogatur. Ergo fieri non potest ex alterius consensu, quod Pontificis sit Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 11. quest. 2. Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. numero 242. Gonzalez gloss. 5. §. 5. numero 38. Gambarus de offic. legat. numero 225. Flamin. Parisius lib. 6. de resignat. quest. 4. numero 13. & segg. Personæ, quibus hæc facultas competit, ita sunt: nam est ex concessione Leonis X. militibus S. Petri facultatem habuerint transferendi pensionem centum ducatorum, & milites S. Pauli à Paulo III. creati facultatem habuerint transferendi pensionem ducentorum ducatorum cameratium, & milites Pij. sic nominati, quia à Pio I. V. instituti sunt habuerint facultatem transferendi pensionem centum, & quinquaginta ducatorum cameratium. Pius tamen V. in sua constituti. 71. has omnes facultates reuocauit, neque concedendas dixit, nisi Cardinalibus, & vitiis de Ecclesia multum benè meritis. Sixtus vero V. indicans milites Laureanos ab ipso institutos de Ecclesia benè mereri, facultatem eis concessit transferendi pensionem ducentorum ducatorum cameratium. Nunquam tamen intelligenda est hæc potestas concessa, nisi verbis clatis exprimat, quia est odiosa, & beneficiis Ecclesiasticis nimis grauis. Felin. lib. 6. de resignat. q. 4. numero 28. cum segg. Puteus decis. 342. lib. 2. Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. num. 241. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 11. quest. 9.

5 Tertio dubitatur de modo, quem seruare debet pensionarius in translatione pensionis? Cui dubitationi respondet, illum esse seruandum, qui in facultate præcipitur. Regulariter hæc translatio faciendæ est coram canonico cathedralis Ecclesiæ, vel persona in dignitate constituta, iuxta textum in cap. statutum. de rescript. in 6. neque aliter fieri potest, nisi, in facultate expressè cautum sit; quia nullus alius. Spectato iure, capax est commisionum Apostolicarum: sic Azor. 1. part. instit. moral. lib. 8. cap. 11. quest. 1. Garcia 1. part. cap. 5. numero 244. Genent. in praxi. cap. 8. numero 10. Hinc ergo canonico, vel personæ in dignitate constitutæ præsentandæ sunt litteræ originales, vel aliæ authenticæ, quibus pensionario datur facultas transferendi pensionem. Alias procedere non potest; quia non potest procedere, quin et constet iuridice de iurisdictione sibi concessa, quam ex vi harum litterarum accipit: sic Mandol. de signatur. gratia. tit. de translat. pension. vers. nonnunquam, Flamin. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 37. Garcia 5. part. de benefic. cap. 2. num. 11. & 16.

Milites vero Lauretani, & alij, quibus ratio sui status concessa est facultas pensionem transferendi coram notario, & testibus, non indigent ostensione privilegiorum. Tum quia non eligitur in hac translatione iudex executor qui transferat, & cui committatur iurisdictione. Sed ablyque iudice executor ex consensu pensionarij authenticè sit translatio. Tum & præcipue, quia ipsa privilegia omnibus nota sunt, sufficit ergo si transferens probet ex illorum familia esse sic Mandol. supra vers. milites S. Petri, Flamin. quest. 4. numero 40. & 41. Garcia num. 15.

Ad huiusmodi translationem potest pensionarius vi procuratore; quia generale est ceteri factum per te ipsum, quod per alium facis, & posse facere per alium, quæ potest facere per te ipsum dum prohibitus non fueris reg. 68. de Res. in 6. sic ex decisione quadam Rotæ probat Garcia 1. part. de benefic. 2. §. n. 246. Consensus beneficiarij grauari pensionem ad hæc translationem non requiritur. Quia Pontifex liberam beneficiorum administrationem habet; potest ergo grauari beneficia sine consensu beneficiarij Gigas de pensionib. quest. 83. num. 5. At in pensionibus impositis ob causam resignationis, nunquam censetur Pontifex consentire, vt transferantur absque consensu resignatarij, ne resignatarius conqueratur sibi onus impositum in quod nullo modo consensit, cum beneficium accepit. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 11. quest. 8. Tempus autem in quo pensionem transferre potes (si iis litteris Pontificis non limitatur) est cursus vite. Quia non tenentur seruare regulam de infirmis, quæ cauetur, ne beneficiarij resignare beneficia possint intra 20. dies ante obitum, sed in ipso articulo mortis constitutus hanc potestatem facere translationem sic Gomezus in sig. Cancellar. de infirmis. q. 16. Mandol. ibi. quest. 11. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 8. cap. 11. quest. 10.

6 Personæ in quas hæc translatio fieri debet, sunt alii habiles pensionis recipiendæ. Solum est dubium de filio illegitimo comparatione patris inquam capax sit pensionem patris recipere? Negat Mandol. tractus de signatur. grat. & instit. tit. de translat. pension. Garcia de benefic. 7. part. cap. 3. n. 36. quia successio in beneficiis reprobatur à iure, præcipue à Cleme. VII. ann. 1530. in sua constitutione, quæ in ordine est 36. cuius reuocatum refert Gigas de pensionib. quest. 86. Nauarr. cap. si vnus de excep. 2. in prime. ibidem prohibetur filius illegitimus beneficium quodcunque patris habere, ergo prohibetur succedere in pensionibus, quæ loco beneficij succedunt, & sub hac prohibitione fauorabili comprehendit debent. Item quia Trident. sess. 25. cap. 15. de reform. prohibet ne filius illegitimus pensionem habeat super beneficio, quod pater obtinuit, ne paterna iurisdictione extet memoria, quæ ratio æquè probat de pensionibus

successione. Deinde Pontifex in sua constitutione incipiente
Qua ordini Ecclesiastico. decernit; ut nullus sine ex testamento,
 sine ab intestato, sine legato, sine elemosyna, sine alio quo-
 cumque titulo & pio opere, ex bonis Ecclesie aliquid ad ip-
 suos filios transmittat; at pensionis fructus Ecclesie bona sunt,
 nequit ergo pensionarius clericus ad suum filium ipsarum trans-
 mittere. Ceterum dicendum est posse patrem pensionarium
 habentem facultatem transferendi pensionem eam in filium
 suum illegitimum transferre: sic Gigas de pension. questio. 86.
 num. 5. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 4. num. 21. Gonzalez
 ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 22. Barbosa de potest. Episcop. 3.
 part. alleg. 65. num. 57. Quia hac facultas cum sit privilegium
 principis, est late interpretanda. Tum quia a iure solum est re-
 probata successio filij in beneficiis parentis, quae prohibitio
 non debet extendi ad pensionem, cum sit odiosa, & poenalis,
 & quae excludit a beneficiis alias habiles. Neque Trident. ratio
 quae militat in pensionis translatione, ac in beneficio; quia be-
 neficium semper est idem; at pensionis translatio extingu-
 it antiquam pensio, & nova erigitur. Adde ratio decidendi
 eadem esse in pensione, ac in beneficio, non inferri eandem
 esse dispositionem; quia in poenalis, & odiosus non exten-
 ditur lex ex similitudine rationis. Pontifex vero huic transla-
 tionis in illa constitutione non contradicit; quia loquitur de
 alienatione bonorum Ecclesie, non de translatione beneficii, vel
 pensionis; & insuper loquitur de translatioe bonorum
 Ecclesie donatione, legato, testamento, & cetera non iis
 modis transmittit, sed collatione Pontificia: sic Garcia 7. part.
 de benef. cap. 3. num. 34. Hoc autem intelligendum est, ut non
 procedat in pensioe, quam pater habet super beneficium a se
 aliquando possessam; quia pensiones in beneficiis paternis ha-
 bere omnino sitas illegitimus prohibetur. Trident. sess. 25. cap.
 15. de reformat. Flamin. Gonzalez & Barbosa supra.

7 Tandem aduerto potestatem transferendi pensionem
 prima translatione valida finiri, nisi aliud in literis fuerit ex-
 pressè concessum, ex leg. legis bonis. §. hoc sermone ff. de verbor.
 significat. quia per primam translationem validam abdicat se
 pensionatus omne ius pensionis. Ergo nihil habet ultra, quod
 possit transferre. Ergo si ipis translatiis non conceditur po-
 testas transferendi pensionem, pensio non est transferibilis: sic
 Garcia 1. par. de benef. cap. 4. num. 247. Gonzalez gloss. 11. num. 82.
 potestque decisione Rotæ in vna Oxomen. 20. Maij. 1598.
 coram D. Licita Dixi finiri potestatem transferendi prima transla-
 tione valida; quia in valida translatio reputatur, ac si facta non
 fuisset, ac proinde non impedit translationem; quia quod de
 iure sortitur effectum, non præstat impedimentum. reg. 52. non
 præstat de regul. iuris. in 6. & tradit Garcia 1. part. de benef.
 cap. 5. n. 232. ubi testatur sic a Rota fuisse decisum.

§. X.

Quot modis pensiones extinguantur.

1. Morte pensionarij pensio extinguatur.
2. Quid dicendum de pensionibus impositis in capite vnius ad commodum alterius?
3. Matrimonio pensio extinguatur.
4. Quid si ex facultate Pontificis retineatur pensio in ordine mili-
 tati, & professio facta non sit sarnatus Trident. condi-
 tionibus.
5. Quid si ducat uxorem miles contra consensum supremi ordinis
 Magistris Sub distinctione responderetur.
6. Quid si data sit facultas retinendi pensionem post matrimo-
 nium, & inserim miles Laureanus pensionarius factus
 est.
7. Promotione ad episcopatum pensio extinguatur.
8. Extinguitur pensio possessione religionis. Et quid in Sacerdote
 testis.
9. Item extinguatur militia assumpta.
10. Item ob cessionem pensionarij nulla autoritate superioris
 factam.
11. Item ob non delatum habitum clericalem, & consuram.
12. Item extinguatur si solutione anticipata redimatur.
13. Tandem extinguatur, si beneficium pensionarius obtineat, in
 quo pensio sita est.

Varij sunt modi, quibus pensiones extinguantur. Pri-
 mus, & præcipuus est morte pensionarij, quia hæc ser-
 vitas in beneficio solum pro eius vita conceditur, vt ex om-
 nium sententia testatur Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. c. 10.
 in princip. Flamin. lib. 6. de resignat. quest. 4. num. 3. Garcia 1.
 par. de benef. cap. 5. num. 239. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 5. §. 5.
 num. 40.

2. Dubium tamen est, cuius morte spiritent pensiones in ca-
 pite vnius impositæ ad commoditatem alterius: solet enim
 Pontifex pensionem in beneficiis Hispanis Italo concedere, sed
 quia ipse Italus nomine proprio obtinere pensionem non potest
 ob leges regias, & pragmaticas sanctiones, quarum Hispanum,
 qui pensionem proprio nomine recipiat, & ei obligetur pen-
 sionem reddere: Quaritur ergo cuius morte extinguatur hæc
 pensio, morte inquam Hispani, an Itali, an vtriusque? Ex
 quidem difficultate non caret hæc reformationem pensionis
 validam esse, quia est in fraudem, & derogationem privilegij
 remuneratori; a sede Apostolica concessi regni Hispaniæ, vt
 nullus exterius neque beneficium, neque pensionem Eccle-
 siasticam ibidem habere possit, cui privilegio videtur derogari
 concessa Italo omni commoditate pensionis, tamen in ca-
 pite Hispani imponatur; quia nomine tenus tantum imponi-
 tur, & forte ob hæc causam Itali a beneficiario Hispano sche-
 dulam banchariam exigunt de solutione Romæ faciendâ, ti-
 ment enim beneficiarium legibus regis, & privilegio regali
 negatum solutionem, quod ne contingat supradicta oblig-
 atione præcauent. Concesso ergo validam esse hæc reformatio-
 nem, vel quia Pontifex dispensat in supradicto privilegio,
 vel quia privilegium est, ne exteri beneficium, & pensionem
 iure, & titulo proprio in regni Hispaniæ obtineant, non au-
 tem quod non obtineant beneficii commoditatem. Dicendum
 est, si in capite Hispani reformatio fuit pensio, (vt semper re-
 servari solet) tamen in gratiam Itali morte Hispani finiri
 pensionem; quia cum ipse titulum, & proprietatem habeat
 ipso percunte petit pensio: sic Garcia 1. part. de benef. cap. 5.
 num. 262. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 6. quest. 7. ce-
 stanturque a Rota sic fuisse decisum Quapropter Italus sic pen-
 sionem obtinet, simul etiam obtinet, vt Hispanus supradic-
 tam pensionem transferat, ne ipse commoditate pensionis
 priuatur percunte Hispano. Difficultas ergo est, an percant pen-
 sio percunte Italo, ad cuius commoditatem statuta est: esto
 viuat Hispanus, qui titulum habet. Negant aliqui, quia alias
 pensio non esset data Hispano absolute, sed solum conditiona-
 liter, dum vixerit is ad cuius utilitatem conceditur. Alij, & pro-
 babilius, affirmant percunte Italo pensionem petire, quia cum
 tota gratia, & reformatio pensionis Hispano facta sit correspec-
 tiua ad utilitatem Itali, hæc cessante, cessare videtur: sic ex
 decisione Rotæ in vna Hispanen, pensionis facta coram D. Bi-
 nario, 15. Octobr. 1571, probat Garcia 1. part. de benef. cap. 5.
 num. 263. & num. 270. & sequentibus. comprobatur duplici decisio-
 ne Rotali ex libro dataria: decumendum esse, ad cuius commo-
 dum pensio reformatio sit.

3. Secundus modus extinguendi Ecclesiasticam pensionem
 est per matrimonium contractum verbis de presentia: hæc
 enim pensio loco beneficii succedit, eiusque naturam imitatur,
 sed beneficium vacat matrimonio contracto, vt est omnium
 sententia. Ergo & pensio, & ita vlti styloque Romanæ curiæ
 receptum est sic, post alios antiquiores, quos referunt, tradit
 Gigas de pensionib. quest. 54. Couatru. 4. decret. 2. part. 6. §. 3.
 Azor. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 10. quest. 1. Sanch. lib. 7.
 de matr. disput. 44. num. 5. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. n. 108.
 Barbosa de potest. episcop. alleg. 57. num. 206. Fatinae. instagmen-
 terbo clericus. num. 331. Flamin. lib. 1. de resignat. q. 1. n. 15.
 & lib. 6. quest. 2. num. 11. Hinc fit illo matrimonio extin-
 gui pensionem, quo beneficium vacat; ac proinde cum sub
 opinione constitutum sit, vacet ne beneficium per matrimo-
 nium alias irritum, etiam sub opinione positum erit, extin-
 guatur ne pensio tali matrimonio. sic Azor. Sanch. Barbosa &
 alij, supra.

4. Solum est dubium, an vacet pensio, si facultatem obti-
 neres a Pontifice retinendi pensionem contracto matrimonio
 post professionem in aliquo ordine militati, si professionem
 emitteres ante 16. annum, & antequam annum nouitatus ex-
 pleres? Ratio dubij est quia ex Trident. decreto sess. 24. cap. 15.
 de Regularib. nulla est professio facta supradictis conditionibus
 non seruatis, ergo qui sic professus duceret uxorem, absque
 professione legitima illam duceret; ac proinde retinere non
 poterit pensionem. Ceterum affirmandum est pensionem reti-
 nere posse: sic Flamin. 4. 6. quest. 2. num. 115. Thom. Sanch. lib. 7.
 de matr. disput. 44. num. 8. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 10.
 quest. 1. vers. aliquando. Ratio est, quia illa professio sic facta
 valida est; eo quod decretum Trident. hos milites non com-
 prendit: loquitur enim de religionis communem vitam de-
 gentibus, & veram paupertatem promittentibus, & bonis om-
 nibus renunciantibus: quia de illis loquitur Trident. cap. 15. de
 quibus loquitur 16. cap. sequenti; siquidem feriem orationis
 præcedentis continuat. vt colligitur ex illis verbis initio capi-
 tis positus. Nulla quoque renunciatio, dictio enim quoque, con-
 tinuativa est, sed in cap. 16. non loquitur concilium de his mili-
 tibus quia ipsi nullam bonorum renunciationem præstant, nec
 veram paupertatem vouent. Ergo neque in cap. antecedenti, vbi
 de ætate & tempore ad professionem requiritis, hos milites
 comprehendit. Deinde quia intendens concilium hos milites
 comprehendere, sicut & alios religiosos sub obligatione con-
 tributionis pro seminario eos expressit: sess. 23. cap. 18. Adde mi-
 lites Hiero'olymitanos non eo statuto subdidisse huic Trident.
 decreto vt testatur Flamin. Sanch. supra, & Barbosa in remission.
 concilij ad supradictum locum. Ergo signum est antea non com-
 prehendi.

5. Sed quid si ducat uxorem miles absque consensu supre-
 mi ordinis Magistris contra eorum statuta, petibit ne pensio
 Distin

Distingendum est cum Azor, *suprad. lib. 8. cap. 10. quæst. 1. in fine*. Si ob omnium concessum supremi Magistri priuatur miles privilegii militibus, amittit quidem pensionem; quia illam retinet ex privilegio ordini militari concessio. At dum his privilegii non spoliat, pensionem retinere potest. Videndum tamen est, an ob hanc causam possit supremus Magister hac spoliatione militem afficere.

6 Quid si ex facultate Pontificia retineas Ecclesiasticam pensionem aliquo tempore determinato, verbi gratia vno anno post matrimonium contractum, & antequam annus elaboratur officium susceperis militis Lauretani, quibus conceditur facultas retinendi pensionem: poterisne talem pensionem retinere, sicut si nullum matrimonium contraxisses? Negat Rota in *una Romana pensionis*, 13. Martij 1609. quia privilegium Lauretanae militiae est retinendi matrimonio contracto pensionem toto eo tempore, quo retineri poterat ante susceptam militiam; at tu solum poteris retinere pensionem vno anno post matrimonium contractum. Ergo assumpta militia solum illo anno retinere poteris. Cæterum mihi probabilis apparet te in perpetuum retinere posse: sic Garcia docet nuper relatus Ratio est, quia illa pensio à principio non fuit pro limitato tempore concessa, sed fuit concessa absolute, debebat autem extingui matrimonio contracto, quam extinctionem suspendit facultas Pontificia pro vno anno concessa. Si igitur interim suscepisti militiam Lauretanam, cui est concessa pensio pro rogatiua non obstante matrimonio; efficitur sanè tuam pensionem prorogari; quia superueniens militia impedit extinctionem, quam matrimonium causare debebat, sicut si post assumptam militiam matrimonium contraheretur.

7 Tertio extinguitur pensio per promotionem ad Episcopatum, quia per huiusmodi promotionem beneficium vacat: sic Gigas *quæst. 56. Et consil. 149. n. 8. Azor. 2. part. institut. moral. lib. 8. c. 10. quæst. 2. Garcia 1. part. de benefico. e. 5. num. 110. Hieronym. Gabr. consil. 200. lib. 2. qui idem sentiunt de promotione ad Abbatiam, per quam beneficia priora vacant.*

8 Quarto extinguitur pensio Ecclesiastica, sicut & beneficium per professionem expressam, vel tacitam religionis, ex recepto curia Romanæ stylo: sic Gigas *quæst. 57. Azor. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 10. quæst. 3. Garcia 1. part. de benefico. cap. 5. num. 114. Thom. Sanch. lib. 7. in decr. cap. 29. num. 2. Et 8. Sub hac regula comprehenduntur equites D. Ioannis, non autem alij religiosi aliorum ordinum militarium; quia nec verè religiosi sunt, nec statum habent incomparabilem, sic Sanch. *num. 9. Aduertit, & bene idem Sanch. num. 10. per vota benedicti facta à religiosi Societatis Iesu non vacare pensiones, sed illas possidere posse, interim dum professio, aut vota coadiutorum firmatorum non emittuntur.**

9 Quinto extinguitur pensio per militiam assumptam, quia assumitur status alienus ab Ecclesia, & consequenter indignus, cui concedantur illius fructus: sic Gloss. *cap. vlt. de cleric. non resident. verbo redierint. Gigas quæst. 55. Azor. 2. part. institut. moral. l. 8. c. 10. quæst. 3. gloss. 1. num. 54. Flamin. lib. 1. de resignat. quæst. 1. num. 21. Fatimac. fragment. verbo clericus. num. 138. Debet tamen prius pensionarius moneri, quod si monitus non destiterit, eo ipso extingui censetur.*

10 Sexto extinguitur pensio, sicut & beneficium vacat, si monitus pensionarius, vt habitum clericalem, & tonsuram deferat, non obediit, quia sic habetur in constitut. Sixti V. quæ incipit, *Cum sacrosanctum*, edita 5. Idus Ianuarij 1588. & tradit Gonzalez *gloss. 15. n. 56. Azor. 2. part. institut. moral. lib. 7. cap. 17. quæst. 1. versicul. decimum quartum crimen. Barbosa tertia part. de potest. episcop. allegat. 57. n. 117.*

11 Septimo extinguitur pensio cessione à pensionario facta. Neque ad hanc cessionem auctoritas superioris requiritur: cum enim pensio in utilitatem pensionarij constituta sit, sola pensionarij voluntate cessare poterit. Neque obstat beneficium cessare non posse sola beneficiarij voluntate. Quia in beneficio est longè diuersa ratio à pensione. Nam beneficii dimissio nocere Ecclesie potest: at pensionis dimissio semper est Ecclesie favorabilis. vt pote quæ Ecclesiam liberam relinquit. Item beneficium vacat, alterique est conferendum: at pensio dimissione extinguitur, & ita tenet Nauarri. *summ. cap. 23. n. 3. Gomez in regul. de infirmis resignantibus. quæst. 16. Paul. Roman. quæst. 8. de pensionib. Gigas quæst. 45. num. 5. Azer. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 10. q. 6. Hinc fit non solum totam pensionem, sed & partem remittere pensionarium posse; quia quælibet huius remissio in Ecclesie utilitatem cedit: sic Azor. *dicta q. 6. in fine.**

12 Octauo extinguitur pensio, si solutione anticipata redimatur. An vero hæc redemptio pro solo beneficiarij, & pensionarij consensu fieri possit, *tratt. de vitii relig. opposit. disputat. de simonia. puncto 13. examinaui*: ibi enim dixi, spectato stylo curia: auctoritatem Pontificis requiri, vt omnis huiusmodi suspicio euitetur, tamen in rigore absolute tali auctoritate fieri possit.

13 Nono dicunt alicui pensionem extingui, si pensionarius obtineat beneficium, in quo pensio sita est, quia cessabit ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, in quo iure pensio

sita est, sicut cessat vsusfructus proprietate rei acquisita, vt expressè habetur in leg. *si tibi fundi vsusfructus*, si quibus modis vsusfructus amittatur. Dixi, si verè beneficium obtineas; quia non sufficit illud obtinere de facto, nisi iure obtineas; sicut non sufficit ad mitemdum vsusfructum, quod tibi legatur fundi proprietate si hæc ad alium pertineat, leg. *dominus. ff. de vsufructu, Et quemadmod. quis vtar*, sic Gigas *de pens. quæst. 49. & ex illo Azor. 2. part. institut. moral. l. 8. c. 10. quæst. 7.*



DISPUTATIO II.

De his qui beneficia prouidere possunt, & de illorum prouisione, & acquisitione.

PUNCTVM I.

Quibus modis beneficium acquiratur.

- 1 Acquiritur actu & potentia, & qualiter hæc contingant.
- 2 Actum acquiritur collatione, institutione, electionis confirmatione. Et quæ hæc sint.
- 3 Beneficium in potentia, seu ius ad beneficium quibus modis acquiratur.
- 4 Explicatur qualiter per electionem, & ante acceptationem ius in beneficium acquiratur.
- 5 Qualiter presentatione, & quæ ad illam requirantur.
- 6 An sit obligatus ordinarius admittere presentationem illius qui nouus est, & per procuratorem se presentari solentur esse obligatum.
- 7 Ad valorem presentationis acceptio requiritur.
- 8 Non per quamlibet presentationem ius in beneficium presentans acquirat, sed per presentationem, cui debetur institutio.
- 9 Gratia expectatiue ius ad beneficium acquiratur.
- 10 Item acquiratur ius mandato de prouidendo.
- 11 Hæc gratia expectatiua, & mandata de prouidendo per concilium subleua sunt.
- 12 Collatio non dum accepta ius ad beneficium conceditur.
- 13 Consuetudo, seu privilegium operandi ius ad beneficium tribuit.
- 14 Ius ad beneficium conceditur pensionario, si pensio ei non soluitur.
- 15 Qualiter ius ad beneficium acquiratur cui est beneficium concessum in euentum priuationis.
- 16 Item concedit ius ad rem coadiutoria cum futura successione.
- 17 Qualiter oppositione ius in beneficium acquiratur.
- 18 Qualiter ius in beneficio à iure ad beneficium distinetur.

1. **D**upliciter beneficium acquiri potest. Primo actu; secundo in potentia, quod aliis terminis dici solet. Acquiri potest ius in beneficio, vel ius ad beneficium. Dum beneficium actu non acquiritur, dici non potest esse acquisitum; quia interim neque est tuum, neque vsum illius habes; ad beneficium dicitur esse acquirendum, & ius ad illud habendum habere.

2 Beneficium ergo actu acquiritur tripliciter; collatione, institutione, electionis confirmatione, iis enim modis ius in beneficio conceditur. Azor. 2. p. institut. moral. lib. 6. cap. 21. quæst. 1. Collatio in presenti est donatio, seu concessio beneficij vacantis à prelato liberaliter facta, *cap. proposuit. c. quia diuersitatem. cap. cum nostris. de concessione prebendis. Et c. vltim. de officio vicarij. in 6.* Dupliciter fit hæc collatio, vel motu proprio concedentis, vel ad petitionem impetrantis, vt constat ex *cap. si metu porio. Et c. si tibi absenti. de prebendis. in 6.* Quocumque modo ex his fiat, non varia; naturam collationis, hoc est liberalis donationis, seu concessionis.

Institutio est concessio à prelato facta presentato à patrono. Differt à collatione; quia est concessio obligatoria: obligatur enim prelatus beneficium conferre ei qui est à patrono prelatatus, & tradit Abbas in *c. auctoritate. num. 7. de institut. canon. August. Barbosa 3. de potest. episc. alleg. 72. num. 1.* At collatio proprie sumpta non est obligatoria, sed voluntaria beneficii concessio; quia pro sua voluntate prelatus beneficium conferre, cum possit non conferre.

Electionis confirmatio est approbatio superioris electionis à collegio factæ alicuius personæ ad dignitatem, prelatum, aliudve beneficium vacans. Differt à collatione; quia est obligatoria, non libera. Differt à institutione quia est persona à communitate Ecclesiastica electa, cum tamen institutio nominationem Ecclesiasticam non requirat, sed sè à laicis fiat. Verum est collatio ab institutione, & electionis confirmatione differat, vt est expressè decisio textus in *cap. cum in illis. 16. §. cum autem. de prebendis. in 6. ibi; cum autem inter collationem,*